









Pub. 20. Num. 1.

8  
12  
IOA. CHRISTOPH. ERICI SPRINGERI,

ICti SCHAVMBVRGO-LIPPIACI,

# COMMENTATIO IVRIDICA

AD REM IUDICIARIAM NOVISSIMAM

SPECTANS

## DE CAVSSAE CONTINENTIA GERMANICA,

QVATENVS DISTAT

A  
ROMANA

SIVE

## CONNEXITATE CAVSSARVM,

RECENTISSIMIS CAVSSIS ILLVSTRBVS IN PRIMIS  
WESTPHALIAE PROBATA.

---

MONASTERII WESTPHALORVM

SYMTIBVS PHILIPPI HENRICI PERRENONII BIBLIOPOLAE AVLIC

MDCCLXX,




JOV. CHRISTOPHERI FRICCI SCHMIDT  
LUDWIGSBURGENSIS LIBRARIÆ  
C O M M U N I T A T O R I U M  
AD REM IUDICIARIA MOLISSIMA  
S P E C I A L I S

DR  
C A S S A E  
A T T I C H I N I  
G E R M A N I C A  
R O M A N I A  
C O N F E X T A T I O R C A L S A R I V

*ILLVSTRISSIMO COMITI  
DOMINO, DOMINO  
PHILIPPO  
ERNESTO  
S. R. I. COMITI SCHAVMBVRGI,  
COMITI AC NOBILI DOMINO  
LIPPIAE ET STERNBERGAE;  
DITIONIS SVAE HEREDITARIAE COMITI REGENTI;  
EMINENTISSIMI ELECTORIS  
COLONIENSIS, PRINCIPIS MONASTERIENSIS REL.  
A CONSILIIS STATVS ET RERVM BELLICARVM SAN-  
CTIORIBVS; GENEROSAE COHORTIS PRAETORIAE  
PRAEFECTO;  
EIVSDEM QVE  
COPIARVM MONASTERIENSIVM SVPREMO EXCVBIARVM  
DVCI, ATQVE VNI PEDITVM LEGIONI PRAEFECTO;  
ORD. SAXON. FALCONIS ALBI EQVITI;  
INSTITVTI GOTTING. SCIENTIAR. HISTOR. MEMBRO HONORARIO;  
DOMINO SVO LONGE BENIGNISSIMO  
*hoc piae mentis qualecunque sit monumentum summa qua decet reverentia*  
D. D. D.  
IOA. CHRISTOPH. ERICVS SPRINGER.*





ni  
-na  
Quod Amplissimo Nomi*n* Tu*o*, Illustri*s*ime  
Come*s* ac Domine*n*, hunc otiorum meo-  
rum, quae muneribus abs Te mihi collatis sub-  
fecari licuit, foetum in scribere ausim, ex solo  
beneficiorum Tuorum memoris gratique animi  
afflatu haud proficiscitur, modulo enim virium  
mearum longe esset superius, tanti ponderis  
quid proferre, quod benevolentiae singulari,  
qua me semper es dignatus, mentique meae hac  
de re venerabundae responderet; studium re-  
rum Germaniae publicarum cum primis ipsius  
Celsissimae Domus Tuae, et cura in eius salutem

Iuraque sibi parta tuenda, proinde caussas in  
summis Imperii foris dicendas indefesse defigen-  
da, quibus rebus digniore sane teneris voluptate  
quam plures qui anima aulica in pulmones iam  
ducta strepitu deliciarum inanum temulenti re-  
ferunt sibi dedecori, res patriae noscere et facie,  
quam fugillant artis osores, litteratoris derisa in-  
cubare meditationibus de iis, quae inter Germani-  
cae Patriae proceres, quin ipsos intra suos pa-  
rietes domi geruntur, quid quod? operationes  
intellectus humani ut res, quas male compellant  
nugatorias, vlo luxuriae sacri temporis dispen-  
dio insectari;

Ex-

Expertus hanc *Tuam*, *Illustriſſime Comes*  
ac *Domine*, in Illustrium res iudiciarias perno-  
ſcendas propensionem haud vulgarem tam ex  
consuetudine indulgentiſſima, qua erga me vti  
obleſtaris, quam ex consultationibus et lucub-  
rationibus quibus plurimum ſubinde intereſt, ab  
hiſ potius animum ſumſi, tanto *Nomini* consecra-  
re libellum, quo mero veritatis ſtudio quae mihi,  
ab omni aut muneris, quo perfungor, aut addi-  
ctionis aut diſfidiorum praeiudicio tantisper fo-  
luto, de hoc vel illo rei noſtrae iudiciaiae obie-  
cto ſunt viſa, ingenue planeque contingente  
meditationis ordine exposui, adeo ut et caſus  
domesticos ad illuſtrandas propositiones adhi-

bere nequidem dubitauerim; TE Ipsum enim  
veritatis, Germanorum auitae gloriae charac-  
teristicae, valde diligentem esse inter inumeros  
fere huius rei testes locupletes constat.

Nolis igitur, *Indulgentissime et optime Co-*  
*mes*, indigne ferre abs TE peto, quae dum pro-  
deant in publicum primoprimum acriori *Tua*  
subiicere duxi iudicio, humanitate *Tua* et gratia,  
qua fas est, reuerentia fretus, pro Salute atque  
incolumitate *Tua*, *Celsissimaque Domus*, ar-  
dentissime semper precans.

Alverdissae a.d. 20 Oct. a.c.n. ccccclxviii.

per

3

PRAE-

# PRAEFAMEN

L. B. S.

**N**eque suasus irresistibilis amicorum, quorum stimulo meticulosorum scriptorum partus, ut venditant, plerumque in lucem protruduntur, neque commodum, quod forte Domui, cuius rebus forensibus vacare inter alias mihi data est prouincia, ex opinione hominum preeoccupanda posset redire, nec denique vana persuasio in usum reipublicae togatae inuentum me prolaturum, (quod perpetuo ignorare neminem forte poeniteret) neque haec omnia quanta quanta illis sit virtus, me infatuarunt preesumtione, Lectori hanc de parte aliqua rei Germanicae iudiciariae opellam maneri grato dari. Non enim pudet fateri merum veritatis studium mihi inspirasse, ut conditione mea satis libera utar, qua me nulla offendarum metu nec benevolentiae captatione circumscriptum sentio, quo minus ea quae veritate duce meditationi

*tioni se offerunt, genuitate qua decet ciuem Germaniae subiicere audeam examini viorum eiusdem ciuitatis, quibus est nasus salutem patriae percipiendi, quantulusquisque sit fructus inde capiendus.*

*Boni ciuis mihi quidem videtur conferre tantundem ad beatitudinem patriae quantum sibi sit datum, in quacunque via ingenue germaneque aut loquendo aut agendo id sibi contingat.*

*Aequi bonique facias itaque L. B. rerum publicarum Germaniae Imperiique Tribunaliū gnare, quae non ut blande abs Te audiā sed ut maiori mentis acumine et rerum analogarum assimilatione rudis adhuc gleba forte effingatur, omni qua par est in Te transcriptione, hacce commentatiuncula Tibi exhibuerim. Ita vale. Scribebam Aluerdissae in Comitatu Sternbergico a. d. 18. Oct. a. c. 1519 CCLXVIII.*

ELEN-

ELENCHVS  
MATERIAE PERTRACTANDAE  
IVXTA SERIEM CAPITVM.

---

CAP.

- I. **D**antur plurimi casus, quibus conductit vel actori vel reo, ut iudicium supremum ius dicat.
- II. Interest salutis publicae, quod lites abbrevientur et numero diminuantur.
- III. Multiplicatio Entium in foro litibus corripiendis et iustitiae particulari obest.
- IV. Multiplicatio Entium Legislatoribus Romanis satis erat perspecta adeoque odiosa, ut *continentiae causae* non dividendae primum locum inde dederint.
- V. *Continentia Causae* Romana in fisciendis Ordinacionibus Cameralibus Legislatoribus non fuerat objectum, sed lex huic directe contraria ferebatur, *quemcunque coram suo iudice conuenire*.
- VI. Fontes, ex quibus definitio *Causae continentiae* haurienda et fines quibus est circumscripta.
- VII. *Continentia causae* proprie sic dicta siue *Germanica* definitur.
- VIII. Descriptiones et definitiones a Scriptoribus Iuris Cameralis elatae conferuntur.
- VIII. Connexitas causarum siue *Continentia causae Romana* iuxta *Germanicam* ponitur.

A

X.

CAP.

- X. Dilucidatur Continentia Causae Romana casu no-  
uissimo Domuum Lippiacarum.
- XI. Austraegalis instantia non derogat Iurisdictioni  
Caesareac, magis vero obest iustitiae celerius ad-  
ministrandae.
- XII. Abusus non tollat usum Austraegarum, quae po-  
tius ad diminuandos Archi-Tribunalium labores,  
si Diis placeret, possent adminiculari; illustratur  
hoc casu domestico.
- XIII. Sunt, qui odium quod Austraegae incurunt ni-  
mis extendunt omniaque ad eas praetereundas  
contorquent.
- XIII. *Continentia Causae Germanica* est instituta, non ad  
restringendum forum Austraegale sed ad coadun-  
nanda entia litesque corripiendas; ex quo Austrae-  
garum exclusio, quatenus forte huic instituto ob-  
staret, ut accessorium quid, non ut causa fluit prin-  
cipalis. Restrictio Austraegarum nuspam sit causa  
proxima Continentiam causae fundandi.
- XV. Austraegae conuentionales magis objacent iusti-  
tiae celeriori quam legales.
- XVI. Capitula super caulis Ecclesiae una cum Episco-  
po seu membra cum Capite convenire non parit  
*Continentiam Causae Germanicam*, nisi aut expresse aut  
tacite prorogauerint Iurisdictionem Capitula.

DE



DE  
CONTINENTIA CAUSSAE  
TANQVAM FUNDAMENTO IVRISDICTIONIS  
SVPREMAE.

CAP. I.

DANTVR PLVRIMI CASVS QVIBVS CONDVCIT VEL  
ACTORI VEL REO UT JUDICIVM SVPREMVM JVS  
DICAT.



Proprie, quum materiam de *Continentia caussae*  
mente pensitasse, caussae illustres ante oculos  
mihi sunt versatae, quae in Summis Imperii Germanici Tribunalibus occurunt,  
et frequentia et momento priuatas semper antecellunt; horum enim Excelissimorum iudiciorum praxis an-  
sam meditationi praebuit; nollem tamen rem generatim consi-

derando ab idearum serie secernere omnino priuatas analogasque; quippe quae in Tribunalibus Electorum priuilegio de non appellando munitis crebrius quam proprie sic dictae illustres ventilantur; quarumque semper vni vel alteri partium conuenire poterit, supremum prouinciae iudicium inferiori praeferre. Hoc concessso raro contingit, quod auctor iudici ordinario Rei, aut si illi plene fiderit, quod Reus superiorem haud mallet adiri; quinimo sunt, qui primam instantiam vno quasi iectu transnauigant, vt eo celerius ad superiorem perueniant.

Dixi *raro fiderit*, quo non dixerim, semper fidem iudicis prorsus damnari, sed quicunque in foro versatur facile intelligit, qualis sit fiducia iudici tribuenda, quem non abhorremus; relligione deposita nihil aliud est quam spes in constitutionem iudicii et modum procedendi solitum aequa ac in prudentiam iudicium reponenda ope formalium vel breuiorum vel penitiorum adeoque prolixiorum, prout vnum vel alterum parti ad supremum iudicium adspiranti id expeditat, siue tanto celerius caussam ad finem perduci, siue tanto minus praecipitari. Tantum de naturali hominum proclivitate lites suas magis iudici superiori quam inferiori dirimendas deferendi!

Iam proprius accedo ad propositionem meam, dari plurimos casus, vbi vna vel altera pars malit in iudicio superiori stare; non equidem casus enumerare constitui, quorum cumulus sane esset innumerus; sed paucis exemplis rem illustrare sufficiat.

Finge te Imperii nobilem immediatum ex prouidentia maiorum successorem in hereditatis feuda a diuersis Dominis directis deriuantia; fac curias feudales omnem hereditatis amplexum apprehensisse, eo obtentu ut in curiis allodium a feudo separetur; non netunc malles adire iudicium supremum, quod te vsque dum haec sepa-

separatio fit facta in possessionem mittat, quam curiam feudalem? Et si tu Curiam feudalem agnouisses et ab ea immisionem contra heredes allodii impetrassis, nonne tunc heredes allodiales satius caussam ad iudicium supremum perlatam contenderent?

Animus hic non est, casu feudali definitionem continetiae caussae adstruendi, caeteroquin omnem huiusmodi iurisdictionis materiam ingredi ausus esset; hoc exemplo casus exposuisse quiesco ubi conduceret vni vel alteri parti ad iudicium supremum configere, quanquam inde absolute induci nolim, curiis feudalibus huiusmodi cognitionem vel in facie quasi Capitulationum Caes. nequidem deberi.

Porro casum ponas te conuenturum iam maioressem, tutores tuos, qui intra quadriennium adhuc currens dormicia et fora mutauerint, nonne Tibi molestum esset, cuiusque forum, cui nunc est subiectus, adire adeoque tot actiones quot sint tutores instituere? nihil sane magis naturale tibi esset quam iudicem superiorem eligere, cui omnes simul comparerent.

In terris Germaniae ecclesiasticis dantur Capitula et Praefulatus; quibus propriae sunt ditiones, vrbes et pagi. Finge Caio tam ab Episcopo quam a Capitulo et Praefulatu monopolium aliquid in cuiusque vrbibus et pagis concessum, sequenti tempore autem huic priuilegio ita derogatum, vt Caius ad superiorem iudicem recurrere se coactum credat.

Sit tunc velit ordine procedere, Praefulatum coram Capitulo, Capitulum coram Principe et Principem coram Austregis sive aliquo Archi-Dicasterio conuenire deberet; quam onerosa sibi esset haec anfractuosa conuentio! nonne Caius optaret, cunctos grauantes coram uno et eodem iudice supremo in iudicium vocare posse?

A 3

In

In omni fere caufa, siue inter priuatos veretur, siue inter illustres, si animos partium dispicere liceret, alteram saltim partem in superiorem iudicem vergentem deprehenderes.

## CAP. II.

### INTEREST SALVTIS PVBLICAE, QVOD LITES ABBREVIENTVR ET NVMERO DIMINVANTVR.

**Q**uicquid vnum et alter neotericorum de necessitate pruritus litigandi, tanquam medii, quo magna prolifica pars generis humani, quae alias fame periret, conseruaretur, scriptis inoculatus sit, nemo de re libere cogitans dubitat, nimis litigiis incolas terrae vel beatissimae exauriri, otio ambulanti affuefieri et sic reprimi ab industria, ceu salutis publicae firmissimo fulcro; Exempla huius rei prostant in terris Germaniae inferioris, praesertim Westphaliae, quas tanquam gente habitatas, cui lites sint adnatae, exemit Magnus ille Rex a lege numerum aduocatorum restringente; Ditiones Borussicae in Westphalia sitae reliqua omnes incolarum industria quidem superant, cuius rei causam legislationem subesse nemo est qui nesciat; sed ut generatim de effectibus gentis ad litigia proclivis quae obseruauit proferam, hoc quisque, primo quasi obtutu, praecipue in ditionibus ecclesiasticis, animaduertet, genium aut si mauis Daemonem causidicum omnes incolarum actiones flectere, et operam forensem industriae loco esse.

Ciuitas quaedam Westphaliae, olim celeberrima et sat copiosa, quae iam cadens paullo post bellum nouissimum finitum mille adhuc ciuium continebat, intellige tot familias onera publica

7

Ilici compatientes; Quis crederet hunc numerum iam ad quingentos decreuisse? Est huius rei causa quanquam secundaria, quod quisque cauſſidicus ab onere publico sit exemptus et ciues proinde filii, quo minus ad aerarium onerentur, ab academiis Belgicis bullas ut loquuntur. Doctorales arceſſant, filiasque Doctoribus nubant, aut coenobiis deuoueant, quid quod? vel cauſponae eadem ratione Doctores euadant.

Verum tamen cauſſa ſemper primaria diuturnitas et multitudine litium neminem fugit; familiae enim opulentiffimae, quarum luxui ſubministrando quondam major ciuitum numerus inferiebat, et ſic opes patriae in motum circularem coniiciebat, litigiis nunq; plane ſunt exhaustae, quarum quidem loco iudices et aduocati tanto magis locupletatos existimares; ſed si videres huius generis homines plus temporis in tabernis vinariis quam in foro transfigere, horum lucra ad Oenopolas tranſire et ſic porro in regiones vitiferas extereras proficiſci facile concluderes.

Etenim horum Oenopolarum filiis filiabusue, vt iam dixi, nexui ciuico ademtis, omne quod ibi reſidet fortunarum effugit e ciuium corpore; adeo ut nullum ſit dubium, numerum priftinum populi industriosi, ob defectum nutrimenti homogenei medium diſparuiſſe, litium forenſium vehiculo.

Nisi itaque lites in diuturnum eo protraherentur ut et lites ex litibus naſcerentur, certe tanto aduocatorum et iudicium numero opus non eſſet, cuius maxima pars propitiore Minerua aratrum ſequeretur aut textrino infideret; neque opes et argenta optimatum Patriae in coenobia et manus aliquot foeneratorum tranſirent, qui tandem aliquando omne quod collegerant extra patriam mittent, patria ipsa fide commercii, industria et alimen-  
tis ſuapte proferendis plane iam deſtituta,

CAP.

MULTIPLICATIO ENTIVM IN FORO LITIBVS  
CORRIPIENDIS ET IVSTITIAE PARTICVLARI  
OBEST.

**N**on autem solum multitudo caussam dicentum, sed et multiplicatio caussarum, quae vno iudicio terminari possent, et reipublicae et Iustitiae nocent. Sub entibus in foro haud multiplicandis equidem comprehendenderem tam personas *iudicium* quam *partium*. *Iudicium* personae multiplicari possunt, quando propter vnam eandemque caussam plures tibi sunt conueniendi, aut si vni personae propter plures caussas diuersae iurisdictionis, quarum e. g. altera sit ecclesiastica, altera saecularis, feudalis, militaris, criminalis etc, litem intendis.

*Partium* personae multiplicari possunt, ex parte actoris, correos vix umbra quadam caussae cohaerentes ea mente quaerendo, quod, si forsitan reus principalis obiecto litis fortunae inferioris sibi videretur, hoc reorum cumulo tanto pinguiora sibi pararet executionis obiecta. Sunt adhuc aliae caussae quibus impulsus actor conquerere plures reos allaborat, nim. fundamentum aliquod iurisdictionis ex pluralitate reorum deponendum, superiorem iudicem inuito reo principali adeundi. At quum huiusmodi fundamenta iurisdictionis materiale ad ea, de quibus hic paucis differere cogito, mihi praebent, multiplicationem, quae tali fundamento nititur, inter abusuas reputare nolim, dummodo fiat intra terminos legis, id est, cauendo, ne reo principali beneficium, siquid sibi deberetur, primae instantiae praecidatur neque correi sibi obtrudantur, qui de natura obiecti sive negotii magis ex officio ministeriali atque consultatio quam facto proprio concurrerint.

Vt

Vt vnico tantum exemplo edoceam multiplicationem entium celeriori ac solidiori iustitiae obistare, liceat lectorum ad casum remittere, quem Perill. L. B. a *Cramer*

Weglarische Beyträge 4ter Th. n. IX. S. 121. sg.

super quaestione protulit: an Camera Imperii vel in appellatorio plures correos quam in prima instantia conuenti fuerint adcitare possit? Conductor Accisae farinariae Hamburgensis arguebat et accusabat defraudationis quatuor pistores, qui a multa sibi irrogata ad Cameram appellabant.

In hoc appellatorio innotuerant, praeter hos quatuor, adhuc 29 consortes sive accusae defraudatores, qui in literis pro informando et reinformando emissis adcitabantur,

Quatuordecim eorum comparuerant simpliciter, decimus quintus autem exceptione primae instantiae tanquam ibi non accusatus se tueri nitebatur, et in contumaciam reliquorum, qui non comparuerant, pronunciabatur in Camera, vbi sententia a. 1761 publicata lis Hamburgi anno 1753 copta ad finem perducebatur, quae certo certius hodieque nondum finita esset, si quisque reliquarum 29 reorum ex suo facto proprio coram iudice primae instantiae conuentus fuisset. Neque protractio diurnitasque litium solum inconueniens, quod ex hac multitudine instantiarum et partium profluxisset; diuersitas, quinimo contrarietas, sententiarum vix vitanda fuisset, quae iustitiae semper est famae scandalo, quanquam propter diuersum ordinem cogitandi et dissimiles positiones, ex quibus homines rem vnam eandemque aspicere solent, vel ab eruditissimis et probatissimis Iureconsultis petere similitudinem exactam opinionum postulatum plane inhumanum esset. Eo modo fas esse, quod multiplicatio opinionum restingeretur, facile est intellectu.

B

Mul-

Multum lucis iste casus definitioni, quam inferius de *continentia causae* exponere suscepit, accensurus mihi videtur, concretio tamen *continentiae* et *connexitatis* causae, in quam Vir Perill. tota fere Schola clarissima praeente hoc loco consentit, satis apposita mihi non appetat, qui malim haecce duo fundamenta iurisdictionis quodque suo criterio ita discernere, ut fallime dignoscantur, neque hoc casu causae *connexitas* pro *continentia*, quam hic suppono, sumatur, lubenter tamen concedens vnam et alteram ad promouendam iustitiam omnino tendere.

Sin exceperis causas arduas \*), ad quas in summis tribunibus correferentes constituuntur, propositio mihi arridet vniuersalis assumenda, multitudinem iudicium saluti publicae in abbreviandis litibus quaerendae magis obesse quam rigori iustitiae et commodo vnius partis ea profit, idque eo procedere ut nisi sit

\* ) Immo in eausis arduis simplex perfectius esse composito et adiunctionem correferentis ad consequendam meliorem iustitiam superuaciam esse ego quidem opinarer; sola persuasio oculis plus videri quam cculo determinat partes adiunctionem petere et circumspectio existimatione iudicii debita, ne forsan vnicus referens, siquidem in Camera Imperiali extrajudicialis, qui contra propria sua decreta quid statueret velle non praesumitur, perhorreletatur, adducit tribunalia sive eorum praefides, ut petitis partium annuant, alioquin pronouendae iustitiae magis consulere crediderim, nulli causae, quanti quanti sit momenti, plures quam vnicum dare referentem, potius autem pati, quod ab viraque parte species facti et historia processus ante relationem elaboretur et aliquot exemplaria ad informationem assessorum relationi assistentium exhibeantur obsignata lectoriae. Hoc medio referens, quin vel in Camera sit extrajudicialis, cui insuper semper est melior notitia causae quam judiciali, stimularetur in componenda relatione, remoto omni partium studio, tanta vi diligentia tentaque iustitia et aequitate, ut ne tentetur Senatus vel confessus, coram quo relatio legitur, conferendo partium relationes et consultando acta hue spectantia ad votum referentis abnuendum. Quibus efficetur aliud adhuc iustitiae praesidium, ut nra. membra collegii comparecent sibi plus temporis ad elaborandas plures relationes quam illis correlationibus nimis interrupitis superesse posset; cuius auxilio et litium numerus diminueretur, quin et nonnulli, qui cumulum relationum in causis vt aiunt non sollicitas elaboratarum habent in promptu, ab operibus suis praematuris abducerentur, laboresque porius ad causas, quarum decisio maius est operae pretium, collocare obligarentur. Sit venia meditationi !

sit causa tanti ponderis, ex cuius decisione exitium totius familiæ illustris aut societatis alicuius penderet, vel omnis adiunctio correferentis ne quidem particularem iustitiam iuuet, quum experientia nonnullorum Iudiciorum prouincialium satis comprobet, adiunctionem correferentis ad causas vel minimae exiguitatis ut plurimum alia mente non fieri, quam ut iuuenes auctoritatores ad relationes componendas erudiantur, et lucro sportularum laetati ad viius vel alterius membra senioris partes ac voces eius simpliciter probandas alligentur.

Tantum abest, ut multiplicatio entium in foro ad penitus eruendam veritatem et maiorem iustitiae rigorem indagandum pertineat, et consilio euentus respondeat.

#### CAP. IV.

MULTIPLICATIO ENTIVM LEGISLATORIBVS ROMANIS SATIS ERAT PERSPECTA ADEOQUE ODIOSA, UT  
CONTINENTIAE CAVSAE NON DIVIDENDAE  
PRIMVM LOCVM INDE DEDERINT.

**L**io. C. de Iudiciis sat probat, tempore legis latae multiplicationem entium in foris, diuisionemque causarum ad protelandam iustitiam et lites in aeternum producendas causarum patronis Romanis (aeque ac nunc temporis caussidicis Germanis) visitatam fuisse; liceat itaque textum *Legis* verbotenus subiicere.

„Nulli prorsus audientia, (ait Imperator) praebeatur,  
„qui causae continentiam diuidet et ex beneficii praerogativa id quod in uno eodemque iudicio poterat terminari,

„nari, apud diuersos iudices voluerit ventilare: poeta  
 „ex officio iudicis imminentे ei, qui contra hanc suppli-  
 „cauerit sanctionem, atque alium super possessione, alium  
 „super principali quaestione iudicem postulauerit.

At nolim quidem his Romanorum reliquiis ad demonstran-  
 dam nostram continentiam causae Legibus Imperii Germanici defi-  
 nitam vnicam viam mihi aperuisse; thesi tamen meae, quod multi-  
 plicatio entium continentiae causae stabienda locum dederit,  
 multum redit veri ex Iurisprudentia Rōmana. Et idem est  
 quod probare animus erat. Nam si huius textus virtutem acuti-  
 tis persequeremur ne quidem impunem deprehenderemus se-  
 parationem iudicis possessorii a petitorio, quod tamen a praxi  
 summorum Imperii tribunalium, ut inter omnes praticos constat,  
 longe abhorret, quum nemo dubitet, competenter cognoscere Aug. Archidicasteria Imperii posse super quoquis facto pos-  
 sessionis vel usque ad causas ecclesiasticas principaliter in foro  
 priuilegiato pendentes, nec minus in causis feudalibus, quatenus  
 vasallus contra Dominum directum eiusque facta turbativa agit;  
 vt taceam causas non priuilegiatas, quippe quae absque ullo du-  
 bio, quod nouissima exempla docent, indistincte quoad posses-  
 sorium diuiduntur; sic videmus causam

von Enzberg contra dessen Unterthanen der Gemeinde Neudingen  
 per sententiam Ccmerealem 17 Oct. 1764 emanatam, quam vi-  
 desis in

praelaud. Per ill. B. a Cramer Nebenstunden 79ter Th. S. 31.

quoad petitionem et possessorium summarissimum his verbis  
 diuisam:

„Jedoch ohnnachtheilig des am Kaiserlichen Reichshofrat angeblich  
 „in anderen Puncten rechthängigen Processe,,

omni

omni autem exceptione maius huius rei testimonium praebet causa inter *Domum Oettingensem* et *Ordinem Teutonicum* super iure luctum indicendi et factis hinc inde exortis versata: non solum enim summum Consilium aulicum Imperii per Conclusum 29 Aug. 1766. Mandatum de Territorio Oettingensi non amplius *inuadendo*, decreuerat, sed etiam quaectionem de territorio non *violando* ad summam Cameram Imperii remiserat,

Ibid. 67. Th. der Nebenstunden S. 124, 125.

aperto indicio, in tribunalibus Germanicis non tantum possessionem et petitorum coram diuersis iudicibus ventilari sed et possessionem a possessione et *invasionem* territorii a *Violatione* territorii disiungi; imo euacuata interlocutione post Appellationem ad Iudicium Aulicum a sequente in priori instantia sententia definitiva recte appellari ad Cameram sustinet

de Ludolf Obs. 288.

Leges quidem Romanae non vetant disiunctionem possessoria a petitorio, potiusque expresse ea suadent partibus, quo commodius cuiusdam interdicti velamime agere possint

L. 24. ff. de rei vind.

formalibus: „Is, qui destinauit rem petere, animaduertere debet, an aliquo interdicto possit nancisci possessionem; quia longe commodius est, ipsum possidere et aduersarium ad onera petitoris compellere, quam alio possidente petere.“

Sed haec disiuncta iudicia ad indices disiunctos deuolui posse, textum, qui hoc statuerit, haud noui; Lege enim inducta 10 C. de iudicis secundum interpretem C. *Annum* expresse prohibitus videtur usus beneficii eadem Lege 24 concessi possessorii

B 3

mo-

momentanei, quatenus eo tendat causam ad diuersos iudices deferre, quae in uno eodemque iudicio terminari posset; neque huic prohibitioni obstat quidquid circa prouocationem ex L. diffamari vsu fori tanquam Legi consentaneum receptum est, quum prouocans atque prouocatus adire possit diuersum iudicem. At enim uero silentio praetereuns, quod haec diuersitas iudicium ne quidem in textu Legis expresso fundata sit sed Doctorum dunt taxat opinione illa:

Quod diffamatori ut actori integrum sit, vbi agere velit,  
modo in foro competenti id faciat,

in iudiciis inualuerit, omnes qui huius prouocationis praxin experti sunt testor, Iudicium prouocatorium nihil aliud quam praeparatorium siue compulsorium esse: etenim quemadmodum post latam quamlibet in summo Imperii tribunali sententiam Directoriū Circuli, cui demandatur executio, iudicem a priori diuersum non constituit, sic neque Iudex, qui de prouocatione cognoscit, iudicem diuersum a causae principalis iudice representat, sed potius pro vices eius gerente habetur aut ad iudicium aperiendum aut perpetuo claudendum.

### CAP. V.

*CONTINENTIA CAVSAE ROMANA IN SANCIENDIS  
ORDINATIONIBVS CAMERAE L<sup>i</sup>G<sup>a</sup>L<sup>a</sup>T<sup>o</sup>RIBVS NON FVERAT  
OBIECTVM, SED LEX HVIC DIRECTE CONTRARIA  
FEREBATVR, Q<sup>U</sup>EMCVNQ<sup>UE</sup> CORAM SVO  
IUDICE CONVENIRE.*

**T**empore quo Ordinatio Cameralis a Maximiliano gl. m. condebatur Iuri Romano in Iudiciis Germaniae multum auctoritatis

ritatis iam indultum fuisse historia Iuris Germanici eiusque Scriptores probatissimi, *Conringii*, *Heinricii*, *Senkenbergis*, et reliqui recentiorum satis edocuerunt; non autem tantum fidei tunc temporis tributum esse videmus Iuri Romano, ut *Continentia causae* libertate Germanorum satis digna adeoque in Ordinationem Cameralem tanquam legem positivam transferri visa sit legislatoribus, usque dum interiecta demum serie annorum salus publica facie mutata restrictioni libertatis iudicariae Germanorum acclamauerit.

Denum ineunte Saec. XVII. ab Imperii Deputatione in vim legis *continentia causae* introducebatur,

vid. *Recess. Deput.* de 1600. §. 23 et 24.

haudquaquam in honorem Iuris Iustinianei, ut suspicatur

*Paurmeister* de Iurisd. Lib. II. c. 4. n. 112.

quippe qui *Mynsingerum* ceu primuum huius rei auctorem nimis propria, opinione sua et interpretatione captum arguit, sed sola, ut mea fert opinio, experientia incommodi ex multiplicatione iudicium prouenientis, *continentiam causae* efficit. Ordines quidem Imperii de *continentia causae* ut medio sensim suggestio iurisdictionem superiorem fundandi et Austraegis derogandi publice conquestos esse ex illis patet grauaminibus, quae

B. de Ludolf append. I. *Commentationi System. de I. C. adiecta*,

memoriae tradidit rubro:

Extract aus einiger Stände des Reichs wider die anno 1555  
publicirte Cammer-Verichts-Ordnung übergebenen Gravami-  
nibus de a. 1556 & 1557.

Elucet tamen inde, de *continentia causae* plane nihil neque antiquioribus Iuris Cameralis fontibus, neque vlli Ordinationum Cameralium neque primoprimae anni 1495, nec illi 1521, nec denique nouissimae a. 1555. quid admixtum fuisse, quod ipsa verba satius commonstant;

„Ordnen und setzen wir, daß alle des Heil. Reichs Verwandte und Unterthanen bey iheen ordentlichen innländischen Rechten und Gerichten gelassen, also daß ein jeder in dem Gericht, darin er ohne Mittel gesessen und gehörig ist, fürgenommen werde.  
„O. C. 1555. P. II. tit. I. §. 1.

Idemque est quo, seposita tantisper Austraegarum materia; (de qua velut medio iustitiae promouendae admodum ambiguo alio loco inferius plura), exponere voluerim quod omnia primi pie colendi Camerae legislatoris *Maximiliani* consilia pro pacificanda Germania copta male successissent, nisi principibus multa persuasio relicta fuisset, formam pristinam rei suae iudicariae quoad primam saltim instantiam sartam teatam se feruatos; quo circa mirum non est, cur auctores O. C. qui ordines Imperii fuere, *continentiam causae* beneficio *Austraegali* tam aduersam abhorruerint, et Imperator consenserit, ut hac de re supersederetur.

## CAP. VI.

### FONTES EX QVIBVS DEFINITIO CAVSAE CONTINENTIAE HAVRIENDA ET FINES QVIBVS EST CIRCVMSCRIPTA.

**I**n incidenter iam adduxi, Recessum Deputationis de 1600, prima m  
esse legem posituam, qua *continentia causae* longe quidem vñ  
suggressa erat introducta,

§. 23.

§. 23 et 24 huius Recessus continent sedem legis ipsissimam  
verbis disertis:

„Wenn wider zween oder mehr Consortes, deren jeder seine sonderbare Austräge hätte, alsbald in Camera supplicirt würde; vordnen wir, daß in solchem Fall, da sich aus den narratis die continentia caussae befinden würde, und sich die Parthenen seines endlichen und gewissen Richters nicht vergleichen könnten, alsbald an unserm Kaiserlichen Cammergericht Procesß verkannt sollen und mögen werden. Gleichermassen wenn einer, so vermög der Reichs-Ordnung vor die Austräge gehörte, mit andern seinen Unterthanen und Dienern zu beklagen, sollen die Austräge diffalls nicht statt haben, sondern soll unser Kaiserlich Cammergericht, als das höchste Gericht, ob continentiam caussae, darunter anzulangen seyn; Es wäre dann, daß die Diener oder Unterthanen für sich selbst mit der Sachen nichts zu schaffen, und allein zu derselben als blosse Ministri gebraucht, auch ex facto suo sie nicht, sondern ihr Herr dem Kläger obligirt, und condemnirt werden mögte, auch der Herr die Diener oder Unterthanen selbst vertreten wollte und könnte; auf welchen Fall alslein auf den Principalen zu sezen, und nach Ordnung der Austräge die Herrn denselben nicht, sondern der Unterthan und Dieser diesfalls ihm zu folgen schuldig seyn soll.“

Vid. idem Recessus Dep. et Conceptum O. C. P. II. tit. 9. pr.

Ante annum 1600 neque Imperator neque Ordines positivae quid statuerunt, adeo ut fere nomen continentiae causae fuerit ignoratum nisi quod Consulti Romani Iuris magis magisque euagati calluerint; quicquid enim grauaminibus statuum supra ctitatis aduersus O. C. 1555 de casibus, vbi reus superior cum corneo ordine inferiori quin etiam sibi subiecto concurrerit, prola-

C  
tum

tum et ex Camera responsum fuerit, quo nec minus pertinet id quod ab Imperatore et statibus in anno 1570 Iudicio Camerali est impertitum, nullibi literam legis positivam reperies, quum neque ipsum Camerae tribunal in hac Iura totius Imperii tangente materia legis instar respondere, neque Commissio sibi data alium effectum producere potuerit, quam quaevis consultatio a Committente nondum probata peperisset.

Conclusit forsan ex iis quae apud

*de Ludolf l. c.*

leguntur *Pauermeisterus* ad ea quae tribuit *Mynsingero*; vbi ad statuum grauamen contra O. C. delatum:

„Dieweil sich auch etwa Sachen zutragen, welche nicht also bald, soviel die Personen belangt, unter denen verordneten Austragen zu finden seyen, also da ein Churfürst einem andern Churfürsten und eine Stadt, als Mit-Consorten, um Recht ersuchen thut, oder da ein Fürst einen Churfürsten und dann die Unterthanen beider vorgemeldter Churfürsten und Fürsten, als Mit-Consorten, um Recht fürnehmen will, welche casus mixti seyen, und viel Zweifel daraus erwachsen, wie man sich selben halben, oder ob der Consors geringer, seinen Consorten als höheren, nachfolgen soll, fleissig zu erwegen, und zu verordnen u. s. w.

Iudicium Camerae hanc tulit reposisionem:

„geben die gemeine Rechte in hierin angezogenen Fällen der Ordnung einen lauteren, gewissen und gerichtlichen Verstand, also, daß dies Orts einige fernere Vorsehung und Constitution nicht vonnothen.“

Sed quum haec circa annos 1556 et 1557 accidissent, et lex ipsa continentiam cause statuens non prius quam post quinquaginta fere

fere annos promulgata esset, *Mynsingerus*, si caetera omnia essent paria, quum tamen touislet longe aliam *continentiam causae* quam quae Austregis obstiterit, quietcir innocens, non solum propter tanti interualli interiectionem, sed quia eadem responsio ex Camera emissa tenderat ad legem admodum diuersam ab ea quae in Deputatione Imperii posthaec erat condita; Ius enim commune, ad quod Excelf. Collegium Camerale in responsione sua prouocabat, vt superius pluribus exposui, ignorat omnes superiorem inter et inferiorem Iudicem distinctiones; Ad constituantam *causae continentiam* supponebat Ius commune, quod tunc temporis in omnibus casibus dubiis Romanum erat, non Iudicem superiorem sed Iudicem causae iamiam pendentis vbiunque pependerit, qualiscunque fuerit iudex, siue superior, siue inferior, adeo vt non existet prohibitio, ne subditus coram foro principis sui, quamvis sit austraegale, conueniretur, quam tamen fori Austraegalnis ampliationem ne quidem *Mynsingeris*, vt taceam totius Augusti Collegii, veram mentem fuisse crederem, quum negandum non sit restrictionem Iurisdictionis Austraegalnis \*) procul dubio causam remotam stabiendi *continentiae* fuisse.

Quod attinet ad verba Commissionis a. 1570 Iudicio Camerali delatae, quae

eod. R. I. de 1570. §. 77.

afferuantur, quorumque hic spectant sequentia:

„Dass der Cammer-Richter etliche Besitzere insonderheit verordnen solle, so die substantial-qualitates, darauf die Process, es seye in erst- oder ander Instanz zu erkennen bevorab in Saschen

\*) Inferius suo loco ostendam, si quid sit quod Austregis odium summorum Imp. Tribunalium ad effectum earum refringendarum concuerit, hoc magis in *conventionales* quam *legales* esse coniiciendum.

„chen Citationis contra plures Correos diversi fori und  
 „dergleichen, so täglich vorkommen, zusammen tragen, darnach  
 „in pleno Senatu referiren, darauf sich das Collegium eines  
 „einheitlichen Brauchs und alten Styli, in Fundirung des Kay-  
 „serlichen Cammer-Gerichts, Jurisdiction und Ertheilung der  
 „Procesz endlich vergleichen, solches --- in die Maynische Can-  
 „zley --- um auf nächstkünftiger Reichs-Versammlung publiciren  
 „zu lassen, schriftlich überschicken; gleichwohl Cammer-Richter  
 „und Beyfiziere in mittelst solchen verglichenen Puncten in de-  
 „cernendo Processus gemäß sich verhalten sollten - - ,

nullibi legem huiusmodi prouisoriam effectue esse insequitam  
 et promulgatam inueni; quod probo Actis Comitiorum Ratis-  
 bonensem de 1594, quae inter alia in Comitiis a Camera Imp.  
 proposita dubia particulare hoc continent dubium:

„Wann einer, so die Austräge hat, mit samt seinen Unterthanen  
 „oder Dieneren zugleich zu beklagen, sind eines Theils der Men-  
 „nung, daß die Sache nicht gleich ad Cameram möge gezo-  
 „gen werden, sondern dieselbe vor die Richter der Austräge gehörig  
 „sey; dann ein Unterthan und Diener seinem Herrn, und diesem  
 „als Dignioris Richter (qui hac in parte haud dubie Su-  
 „perioris potestate fungitur) nachzufolgen schuldig, dann  
 „sonsten einem Fürsten oder Stand &c. an solchem beneficio  
 „nicht weniger Abbruch geschehen mögte &c;

„Lediglich aber majoribus votis dahin geschlossen, daß die Austrä-  
 „ge dießfalls regulariter nicht statt haben mögen, dieweil sie  
 „stricti juris und derselben Richter jurisdicatio limitata ist,  
 „moch sich ferner nicht erstrecken mag als über denselben, welche  
 „der Austräge fähig, wie auch in dem Fall die Privati und Con-  
 „sortes huiusmodi mit Benennung der Richtern nichts zu  
 „schaffen, sondern ihre eigene ordinarios judices haben, bero-  
 „wegen

„wegen ob continentiam causae ad omnium illorum judicem superiorem zu gehen; Es wäre denn, daß der Diener oder Unterthan für sich selbst mit der Sach gar nichts zu thun und allein zu derselben als blosse Ministri gebraucht, auch ex facto suo mit dem wenigsten obligirt, oder deswegen in eine Weise dem Kläger condemnirt werden mögten, auf welchen Fall es dasfür geachtet, dieweil dieselbe ganz überflüssig und nur von fraudem der Austräge mit eingemischt, ihr Alement auch und Beseth allein temporal und leichtlich ganz verändert werden mögen, daß derhalben allein auf den Principalen zu sehen. „Cum quo omnia, vt qui non nisi reuera solus in lite sit, expediri possunt & debent.“

III. Frechii, Cancellarii Corbeiensis, Gedanken von den Austrägen. Höxter 1769. S. 32 et 33.

quale dubium certe non amplius superfluisset, si prouisorium a 1570 iudicio Camerali demandatum iam peractum fuisset; cui conclusioni inferuiunt praecidicia, quae referuntur a

Schubhardo Tract. de Austreg. C. 9. P. 1. n. 100. de annis 1584, 1586 et 1587.

de *Continentia causae* secundum principia Iuris Romani in Camera aliquando usurpata, fatis clare enim ex his liquet, *continentiam causae* Iure communi sive Romano fundatam in sensu Iuris Cameralis veram non fuisse, quia Ius Romanum nescit Austregas, *continentiae* quippe causae, quatenus ad plures correos adcitandos se refert, directe oppositas, adeo, vt in fraudem eorum contra eos qui beneficio Austregali gauisi sint neque ei vltro renunciarerint exerceri non potuerit *continentia causae* ante initium Saec. XVII. Quid multa? Inter omnes praticos constat, Conceptum O. C. eiusque relatum nim, Recessus Deput,

de 1600 sedem esse vnicam materiae; ex eius tenore literali fines *continentiae causae* eiusdemque usus in Camera recepti sint dimetiendi.

Etenim passus concernens §. 23 et 24 ponit, causam primam *continentiae* introducendae in conflictu talium partium, quarumquaque *Austregis* suis gauderet; nullum itaque est dubium, *continentiam causae* Legibus Imperii fundatam, quoties de ea sit sermo, toties in relatione ad austregas intelligendam esse; nam deficiente hac relatione ea quae Iure Romano nititur *continentia causae* quidem subintraret, sed eandem a Germanica multum differre, diuersoque proinde nomine distinguendam esse, partim ante iam est dictum, partim autem paullo inferius suo loco commonstrandum differam;

Hoc loco sufficit ex praemissis assumere, *continentiam causae* Archi-Tribunalium Imperii solum in *fauorem Actoris* nequam Rei, sed potius in odium multiplicationis reorum esse introductam; ex quo porro fluit, talem *continentiam causae*, quam equidem *Germanicam* nuncupare mallem, nunquam iuuare reos ideoque exceptionis loco nullum tenere usum in foro.

Quum autem haec noua Compellatio nimis forte nouaturire redoleret, praedicatis magis congruere mihi est usum nomen *Continentia causae proprie sic dictae*, quo iam sequentibus lectoris benevoli pace utar; quo magis ab ea contradistingui possit *Continentia causae Romana*, siue *impropria* nomine *Connexitatis causarum* mihi ventura.

Periculum nunc faciam definitionem efferre, quamquam difficilis et periculosa in iure sit omnis definitio. \*)

CAP.

\*) Quo sensu difficultis in disciplinis sit definitio, alibi exponere suscepit *Commentator de difficultate definitionum* Onold. 1766.

## CAP. VII.

CONTINENTIA CAVSAE PROPRIE SIC DICTA  
SIVE GERMANICA DEFINITVR.

*Continentia, identitas, connexitas causae, voces sensu grammatico generaliori eiusdem significationis esse nemo nisi strenuus artis grammaticae perscrutator dubitat; Hanc tamen differentiam oculo quidem Grammatice, vt ita dicam, iuridico munito intuens non possum quin animaduertam, connexitatem non versari in una causa sed semper in habitu ad causam aliquam iamiam pendentem cum qua connexa dici possit, idcirco potius connexitatem causarum quam causae compellandam, in Continentia causae autem hoc plurali numero opus non esse, velut in qua non quaeritur de causa iam pendente sed solum de unica individua causa pluribus correis communi, uno eodemque tempore in forum perducta, adeo, vt ne quidem de individuitate causae minima sit disceptatio sed solum pluralitas creditorum diuersi fori et beneficium primae instantiae praetereundum obambulent.*

Hac ratione non habita res in lusum verborum inanem incidit, quem meditatione dignum non habuerim; verumtamen has lecturi, vt eo clarior ipsis videar, facile ignoscant huic subtletati in determinando vsu numerorum.

Si huiusmodi etymologae eruditionis apicibus oblectarer, Continentiam causae pro genere, identitatem et connexitatem autem pro speciebus sumerem, quarum illa nim. identitas continentiam causae meam Germanicam et haec videlicet connexitas continentiam causae meam Romanam siue connexitatem causarum denotaret, sed tale verborum aucupium aliis sit relictum et iden-

*identitas causae mihi sit praedicatum diagnosticum continentiae  
meae Germanicae, quam ita definire iam velim:*

Sit *Continentia causae* „fundamentum iurisdictionis superioris in usum actoris concessum, quo multiplicatio reorum et iudicum in primis Austregalium super vna eadem que causa pro administranda meliori et celeriori iustitia corripiatur.

Fluunt requisita huius beneficii *actorii positiva* ex definitione, vt 1) semper substrata sit causa individua, vna eademque, 2) plures adhinc correli diversi fori, Imperio tamen immediate aut pro parte mediate adscripti, quorum unus vel alter Austregalrum instantia gaudeat, et quoad requisita *negativa*: vt a) ne quidem unitas siue identitas causae in dubium vocari aut ab aliquo correorum negari possit, sicut e. g. in casibus tutelae et tutorum diversi domicili conueniendorum, aut in actionibus hypothecariis contra plures eiusdem hypothecae possessores inter diversa fora disiectos, instituendis siue ex uno a pluribus debitibus signato instrumento obligatorio, sit extensum super vna eademque causa aut super pluribus ex iisdem tamen literis obligatoriis combinatis debendi causis, b) vt hoc beneficium fundanda iurisdictionis superioris neque procedat Reo quo Exceptionis nomine se tueatur, neque pertineat ad muniendum forum praeuentum siue litispendentia anteoccupatum; quum exceptio *praeventionis* et *litispendentiae* non valeat *actori* sed *Reo*; quo causa exceptio nomen a specie, neutquam a genere *Continentiae causae* trahit, adeo vt omnino superfluum esset, exceptionem praeventionis, ex cuius nomine clara mihi nascitur idea, permittendo eam cum nomine generico a *Continentia causae* sumto, ideam generaliorem atque obscuriorem reddere; hac meditatione induetus ad distinctionem redire mihi visum est,

qua

qua omnes huiusmodi Exceptiones e. g. praeuentio, litispendencia, rel. si qua generica compellatione opus esset, nomine *Connexitatis causarum* comprehendi possent.

### CAP. VIII.

#### DESCRIPTIONES ET DEFINITIONES A SCRIPTORIIS BVS IVRIS CAMERALIS ELATAE CONFERVNTVR.

**N**e prolixior videar, nolim ad *Mindanos*, *Vmmios*, *Mynsingeros*, *Gaillios*, reliquosque regredi. Quorum vestigia pressit, a *Blumio*, altero Legis Cameralis materialiter nouissimae Editore, sit principium ac medium et probatissimus auctor *des kurz gefassten Cameral-Lexicons* claudat agmen. \*) Dum dico *Blumium* omnes eius Commentatores nouioresque Concepti O. C. Editores subintelligo, vtputa *Deckherros*, *Winkleros*, *Ludolfos*, *Faueros* atque Ill. I. I. de *Zvvierlein*. Quae *Blumius* de *Continentia causae*

*Processu Camerali* Tit. XL.

tradit suis verbis exponam:

„Est causa Iurisdictionem Camerae fundans nihilque „aliud, quam cohaerentia negotii in iudicio disceptandi, „quae hoc negotium separari non patitur sed uno eo- „demque iudicio terminari vult.“

Causas huius inseparabilitatis quaerit *tam* in beneficio vtriusque partis, Auctoris atque Rei, ne in diuersis iudiciis litigare cogatur, neque sumtibus defatigetur et vna pars ad damnosam transactiōnēm ineundam redigatur, *quam* in leuamine vnius partis,

D

tis,

\*) Ill. Chr. Iac. de Zvvierlein vermischt Briefe und Abhandlungen, scriptum adhuc nouius, ad manus mihi non est dum haec scribo.

tis, quo consilium alterius diuersas actiones, quae uno iudicio et sub uno iudice commodius tractari possent, ad diuersa iudicia malitiose trahendi, collabefiat, denique in alleuandis Tribunalibus ne superfluis et inutilibus litibus ventilandis onerentur, nec minus in bona iustitiae administranda fama, quae profecto lapsura esset, si multitudine iudicium super una eademque causa absurditas diuersarum sententiarum vix vitaretur. Praetereo causam ultimam quam adiecit, diuisionem quippe *continentiae* legibus esse prohibitam, ceu homophasin huc non pertinentem.

Primo huius doctrinae obtutui se offert discrimen, qua a mea definitione distat; Beneficium utriusque parti tributum sicut hanc differentiam, qua rotunda quadratis, Romana Germanis et identitas connexitati miscentur, queaque non potest quin tanti quos auctor recenset casus in hunc turbinem coniificantur; Inde sequitur partitio in duodecim modos Iurisdictionem *continentia causae* fundandi, quorum *primus* diuersum rerum situm, *alter* reorum fora diuersa, *3. coeptum litigium*, *4. 5 et 6 Reconventionem*, *Interuentionem et cumulationem actionum*, *7. rem et obligationem indiuiduam*, *8. actionem indiuiduam*, *9. indiuiduam societatem*, *10. pertinentias*. *11. principale et accessorium*, *12. consequentiam respicit*.

Quis non videt plurimos horum modorum definitioni e Legum fontibus efferendae haud respondere quin et aliis iam subintelligi?

Ordine *secundus*, *septimus*, *octauus* atque *nonus* tantum mihi congruunt.

*Primus in diverso rerum situ* se fundans litera legis expressa caret, quem insuper Recessus Dep. de 1600, ceu inter dubia

Came-

*Cameralia exhibitam propositionem vltiori statuum consultatio-  
ni remisit; et quanquam huius rei nondum decisae haud habita  
ratione propositio in obseruantiam Camerae transferit, vt idem  
Blumius &c.*

*Strykius vs, mod. lib. 11. tit. 2. §. 13 et 14.*

testantur, tamen propter nouiorem causarum feudalium exem-  
tionem reliqui casus rarissime contingunt, cui accedit conclusio  
analogia, quicquid contigerit satius ex principio corripiendo-  
rum plurium iudicum quam rerum situ demonstrari; diuersi  
enim rerum situs concipi non possunt, nisi simul adsint diuersorum  
situum diuersi iudices; tunc autem casum meae definitioni  
iam inesse patet.

*Coeptum litigium* praebet quidem exceptionem reo contra  
eum qui forum, ad quod reus causam iam pertulerat, transilire  
intenderet, non autem congruit actori, qui plures correos non-  
dum conuentos coram uno iudicio adcitandos esse velit; sit enim  
exceptio *praeventionis* siue *litispendentiae* in quam alluserint *Blu-*  
*mius* et quos sectabatur; neque tunc *praeventio* in citatione funda-  
data ad Te actorem refert, quum, antequam altera pars, quam  
fingas Caium, in alio iudicio intentionem suam prosequutus  
esset, *praeventionis* nulla exstaret idea, posteaquam vero hic  
Caius *praeueniendus* aliam citationem ab alio iudice impetrasset,  
tunc cessarent respectu huius citationis vices actoris et *prae-*  
*ventione tua* ut exceptione vtens transires in Rei vices. Pari  
modo neque *litispendentia* quadrat actori quam *Ictorum Sylua*,  
quos enumerat

III. *Pütterus Opusc.* rem iudiciar. Imp. illustr. in diff. inaug. de  
*praeventione* §. 29.

non nisi ex L. 30. ff. de Iud.

„Vbi semel acceptum est iudicium ibi et finem accipere  
„debet

ideoque praeuia litis contestatione agnoscit;

Quodsi litis contestatio consensum vtriusque partis supponit; non video quod opus sit *continentia cause* vt adigatur pars a contractu resiliens ad eum adimplendum et item in eo iudicio quo coepit ad finem usque prosequendum.

Proprie itaque *coepit litigium* et exceptions inde orientes ad *continentiam nostram Germanicam* non spectant. Efficiunt praeuentione, peculiare genus beneficii, ipsis suis nitens argumentis quae *Continentia Romana* suppeditat; in praeuentione enim non de fundanda Iurisdictione superiore sicut in *continentia cause* quaeritur, quum vel Camera Imperii a Iudice inferiori rite praeueniri queat, vt prodit notabile praeiudicium

Iaud. Pütterus l. c. §. 113.

in caussa *Heredum Herfti* contra *Schönbörn* et *Ordinem Iohannitarum*, quo causa ad Magistratum Francofurtensem litispendentia praeuentum Sententia Camerali d. 31. Aug. 1739. publicata remittatur; Et ratio naturalis docet insuper, in praeuentione subintelligi semper iurisdictionis concurrentes, quarum quamlibet a quavis partium libere eligi posse, velut res nullius libere anteoccupantur; quae tamen notae characteristicae in *continentia cause Germanica* haud occurunt, in qua non agitur de iudice cum alio concurrente neque iurisdictione alicuius libere optanda, neque de iudice *priore tempore*, sed solum de iudice *potiore in re* partibus diuersi fori inferioris dicundi.

Idem

Idem ratiocinium coincidere censeo de litis assistentiae speciebus, *denunciatione litis, nominatione auctoris*, vbi iterum duo fora eiusdem iurisdictionis, nim. conuenti et auctoris sive denunciati concurrunt, omniaque ad praeventionem redeunt quae et hic inferiorem cum superiore iudice concurreré finit.

Quid dicam de *reconventione, interventione et cumulatione actionum?*

Si quis materiam reconventionis et paucissimos casus huc pertinentes acutiori stylo perscrutetur, eam nedum satis soecundam sed et meae definitioni *continentiae* valde in congruam iudicabit.

Nec in reconventione de pluribus reis sermo est, sed idem iudicium permutatis modo partium vicibus permanet ex contractu, quem partes in conuentione implicite aut, vt in pluribus iudiciis quoad extraneos est moris, expresse vel desuper cauendo ineunt, coram uno et eodem iudice simultaneo Processu dimicante, neque refert an conuentio ante aut post item contestatam sit inducta ideoque *impropriae* vel *propriae* nomine veniat, dummodo ante conclusionem in causa sit introducta ut conuentionio aequa ac reconuentio vna eademque possit definiri sententia.

Differt, quoque in hoc a continentia causae quod haec fit Austregis opposita, reconuentio autem iudicio Austregali cui soli Rei Contiliarii adhibentur, ne quidem sit concessa, ideoque in habitu ad Austregas considerata primario *continentiae causae* careat, quod euincit Gen. de Zvvierlein Praefide ill. Püttero Opuseulis eiusd. de Ordine Iudicio ab Austraegis obseruando. Diff. XI. §. 63. praeeunte Deckberro ad Blumii P. C. tit. 27. n. 146.

D 3

Quin

Quin et si neglexeris reconuentio[n]em tuam ante latam sententiam introducere, post decisam conuentio[n]em *reconuentio* tua fane esset praeclusa, quanquam illa *connexitas*, quae omni reconuentio[n]i cum conuentione inest, vel post decisam conuentio[n]is caussam semper eadem remaneat; ex quo facile colligendum, sic unde reconuentio[n]em inter continentiae causae effectus referri liceret, mea *Continentia Germanica* sive *proprie sic dicta* eam non reciperet, ideoque ad species *Continentiae Romanae* sive *connexitatis caussarum*, vt pote connexitate aliqua cum causa conuentio[n]is nitentem repelleret.

*Interuentio* quomodo fundet iurisdictionem multo minus video, cum iurisdictione in actorem nulla sit praerogativa, quippe qua vel omnium infimus iudex pollet, quam primum a quocunque actore, quin etiam a Turca imploratur; interuentio auctio autem semper actoris & rei pugnam iam initam praesupponit, ideoque ulteriorem correum in iudicium non vocat. Fingas abs te esse conuentum Caium, utrumque iudicio immediate subiectum, dein post item coeptam Caium a Titio Imperio immediate subiecto vel etiam Austraegis gaudente interuentum; dic, quaeſo, an iurisdictione ab interuentore sua sponte implorata sic ampliata fuerit? aut nonne potius grauamen inſixum fuerit Titio, si interuentio sua propter diuerſitatem fori sui reiecta fuisset?

Etenim nos versamur in eo quod iurisdictione superior continentia cauſae fundata deroget inferiori; atquin iurisdictione superior, quam quilibet interueniens ulro adit, neque sibi, neque si forte sit mediatus suo iudici ordinario inferiori ex illo tritissimo, *quod actor* sive *socius* eius interueniens *forum Rei* sequi debat, derogat; inde sequitur interuentio[n]i neque ad causas iurisdictionem Cameralem fundantes neque ad Continentiam neque pro-

proprie ad *connexitatem causae* spectare, sed suis magis peculiari bus praedicatis, ex regulis societatis depromendis subsistere.

*Cumulatio actionum* magis, ut verum fatear, sapit *continen-  
tiam causae* et ampliationem iurisdictionis; is enim, qui hoc be-  
neficio vtitur, efficit ut Camera fiat iudex competens super actio-  
nibus quae extra Cumulationem ad Cameram non pertinuissent,  
ut inter alios statuit

Roding ff. Iuris Cam. L. t. tit 17. §. 66.

quanquam eisdem non ausim definire, quid sit iuris de causis  
feudalibus, ecclesiasticis, criminalibus, si contigerint cumula-  
tioni, nouissimum tamen huius cumulationis effectum praebet  
causa mihi met frequentata domestica

Schaumburg-Lippe contra Lippe-Detmold,

vbi ad preces cum causa super puncto mandati de non offendendo  
po verfante mumulatas praeter Mandatum de non offendendo  
nec turbando in tranquillitate publica S. C adhuc Mandatum de  
protegendo sive protectorium, 14 Aprilis 1769 decernebatur  
in Augustissima Camera et Circuli inferioris Rhenano-Westphali-  
ci Directorio demandabatur executio; protectoria enim a Do-  
ctoribus causis ad Cameram non spectantibus ut et saluae guar-  
diae annumerantur, inter quos loco omnium sint:

Roesler de Protectoriis Caef. Coburg. 1688.

Ill. Chladenius de Diplomatibus Protectoriis. Viteb. 1750.

Perill. I. I. Moser Grundsäfe der H. N. R. Praxis V. B. 16 C. §. 8.

III Pütter noua Epit. P. I. §. 16.

Verum qualesunque sit cumulandarum actionum effectus, non  
tamen video praedicata *continentiae causae* tam congrua ut eam  
sim-

simpliciter huius generis inter species reputare possem; producit quidem Iurisdictionem quae caeteroquin cestaret, sed hanc tantum super causa non autem super persona, persona enim Iurisdictionem Camere iam in alia causa cum qua nim. alteram causam cumulat, agnouisse subintelligitur; Et haec eadem est qualitas quae a *continentia causae* meae abhorret, in qua non est quaestio de habitu summorum Imperii Tribunalium inter se et ad Augustissimum Imperatorem, sed tantum de vna eademque causa ne ullius quidem disceptationis de vnitate susceptibili, atque de iisdem personis indubitanter eiusdem causae participibus res vertitur.

*Connexitatem* quam a *continentia* contradistinx hic subintra-re lubentius concedo; quid ad hanc *continentiam*, an Imperator in exercitio Iuris sui protectorii &c. magis a Consilio suo Sanctiori, siue Imperii aulico, siue a Camera Imperii se velit re-praesentari?

Omne sane dubium eo recedit, quod cumulatio actionum in casu simili, ne pars impetrans multitudine iudiciorum nimis distineatur, transferat ipso iure tantum potestatis Caesareae, quantum est opus ut innuatetur precibus, quae ad Cameram non spectarent, si ad eam solitarie et absque cumulatione perductae fuissent, adeo ut neminis in Imperio Statuum neque beneficii Austrregarum intersit, per quoduis sumnum Imperii Dicasterium is, penes quem summa est potestas, eandem exercendam decerni sibi placuerit.

Haec haec tenus de actionum cumulatione ut medio mihi viso haud sufficienti Iurisdictionem supremam erga plures correos ampliandi et quum insuper in casibus iam adductis ne quidem Statuum Imperii Iurisdictioni aut Austrregarum Instantiae dero-

deroget, ad continentiam causae Germanicam nullatenus pertinente; Per me vel maxime connexitatis causarum speciebus quod modo adscribatur.

Reliqua quae Mindanus de Continentia causae ex capite pertinentiarum, principalis accessoriique, consequentiae, tradidit,

*Mindan. de contin. cauf. cap. 10. 21. 22 et vlt.*

vt multa de his verba faciam mereri non videntur. Idea enim de pertinentiis socia est diuersi rerum situs quem superius iam dispescui, sive principale et accessorium sibi inuicem hodie non tribuunt iurisdictionem, cum possessorum et petitorum diuersis foris subiici posse ex iis quae in procedentibus sunt deducta constet, et quod attinet ad consequentiam requisitum Continentiae causae esse essentiale, decidat, vt non sit cōnexitas consequentia, quae argumentis demum esset eruenda sed liquidissima vnitas eius idem. causae, quae sit luce clarior nulliusque desuper disceptationis susceptibilis.

*Blumum* iam relinquens progredior ad Perill. solertissimum Iuris Cameralis custodem L. B. a Cramer, qui Opusculis suis egregiis adiecit

*Dilucidationem Differentiae Continentiae et Identitatis causarum,*

quam occasione causae supra iam memoratae famosae Ordinis Teutonici et Domus Oettingensis, ius luctum publicum iudicendi concernentis amplius illustrauit doctissimus vir nouiore meditatione

*Eiusdem Nebenstunden 69. Th. n. VI.*

qui accedunt, quibus supra Cap. III. ad sustinendam propositionem quandam praeliminarem ex causa Hamburgensi usus sum

*Wezlarische Beyträge 4ter Th. n. IX.*

E

qui-

quibus comparatis Virum perillustrem quidem differentiam *Continentiae* et *Connexitatis* acutissime callere nemo dubitat, quoad usumfori autem diuersitatem effectuum ea mente non attendisse mihi videtur ut illis tribueret usum saltim ratione personarum directe sibi inuicem oppositum. *Continentiam causae* enim in actoris duntaxat usum introductam esse in definitione mea contendit, *connexitatem caffarum* vero Reis exceptionis nomine concessam suo loco obiter demonstrabo.

Omnis *Continentiae* basin in dispositione Legis Romanae 10. C. quam supra protuli, ideoque non in combinatione plurium Reorum diuersi fori ad vnam eandemque causam sed in sola reductione plurium iudicum ad unum ponit vir eruditissimus. Quodsi in casu Hamburgensi fingeres, pistores conuentos non omnes eidem foro Hamburgensi sed pluribus diuersis statuum vicinorum Iurisdictionibus subiectos fuisse, valde dubito, sola hac *continentia causae Romana* adcitionem satis fundatam fuisse; nam verba legis „*ut nulli prorsus audientia preebeat*ur. qui causae „*continentiam diuidit*“, poenam comminantur ei, „*qui contra hanc supplicauerit sanctionem atque alium super possessione, alium super principali quaestione, iudicem postulauerit*“, eudentissimeque docent, *continentiam causae* in odium eius esse conditam, qui causae *continentiam diuidit*, et possessorum in alio quam petitorio siue petitorum in alio quam possessorio iudicio instituere velit. Ecquis autem non videt, Pistores Hamburgenses causam ipsam in partes diuidere nequaquam voluisse, consequenter sola *continentia causae Romana* a foris suis ordinariis euocandos non fuisse?

De combinatione plurium reorum et cuique auferendo beneficio primae instantiae nihil hac lege statutum esse in oculos incurrit omnium; Nihil enim vetat lex quam diuisionem accessori et principalis, separationem (hodie tamen licitam) possessorum

forii a petitorio; hoc itaque petitorio forte iamdudum ad iudicem inferiorem quendam deducto possidenti non licet possessorum in foro superiori instituere, adeo ut parti aduersae, quae in hoc foro possessorio superiori adeundo conueniri intendatur, permisum sit, *continentia causae* et petitorio suo iam pendente se tueri; quemadmodum casu inuero fauore *continentiae* nec minus idem beneficium valeret possidenti, si forte contra turbationes tertii eidem turbatori in possessorio litem mouisset et postea lite ad huc pendente idem turbans coram alio iudice petitorie agere vellet; utrobique autem apparet, legem *continentiae Romanam* haud actori sed Reo, qui diuisione causae se gravatum sentit scriptam esse. His positis non video quo Iuris Romani admiraculo pistores Hamburgenses adcitandi fuerint sub obtentu Legis, quae in eorum tanquam reorum fauorem est lata neque in eorundem odium proin detorquenda, nisi prorogasset sua sponte iurisdictionem plurima pars.

Quamprimum autem caussam subicio *continentia Germanicae* tunc mutatur facie et mihi quidem nullum amplius supereft dubium, quin adcitatio fuerit optimo iure decreta; huius enim essentiale praedicatum est, ut sit in usum actoris, non Rei, concessa et iurisdictionis insuper fundata arripiat omnes diuersi fori correos, vnius eiusdemque causae; Pistores Hamburgenses vero quanquam proprie diuersis foris non erant subiecti, diuersos tamen in hac causa iudices, nimirum quatuor eorum iudicem appellatorii et reliqui iudicem inferiorem agnouerant; id quod patet non tantum ex definitione mea, sed et Legis ex actis nostrae Cameralis praeliminariibus ut puta Commissorio Comitali Camerae Imperii delato

*Rec. I. de 1570. §. 77.*

E 2

cuius

cuius formalia hic spectantia supra iam adduxi, vbi indubia  
mens totius Imperii tam diserte est exposita, vt inde aperte elu-  
ceat, continentiam causae posthaec stabilitam insuper obtinere vel  
inter partes Austregis non praeditas, quanquam lex ipsa de par-  
tibus Austregis gaudentibus solum loquatur, verba enim termi-  
nantia Receflus Imp. praeliminaris quae iterum repetere ne  
pigeat,

„Dass der Cammer-Richter etliche Vorsätze insonderheit verord-  
nen solle, so die Substantial-Qualitates, darauf die Proces,  
„es sey in erst oder ander Instanz zu erkennen, bevorab in Sachen  
„Citationes contra plures Correos diuersi fori und der-  
gleichen, so täglich fukommen, zusammentragen,“ \*)

Austregarum nullam habent rationem.

Haec omnia vel ipsius Viri Perillustris

L. B. a Cramer Systemi. Proc. Imp. Sect. I. Tit. 5. § 235.

doctrina:

„Neue Causae Continentia diuidatur, plures litis con-  
fortes, quorum non omnium idem forum est, coram  
„iudice superiore omnibus communī conueniendi sunt,

nituntur, cui omnes Iuris Cameralis periti debent suffragium;  
neque ab ea meani definitionem abhorrere censeo, eandem ta-  
men ad continentiam causae Germanicam siue proprie sic dictam ego  
qui-

\*) III. Pütterus recte quidem noua Epitome Proc. Imp. Lib. III. §. 193. p. 122. obseruat  
hanc inter plures mediatas Austregis carentes personas respic magis praxi quam  
lege niti, sed quatenus R. I. sunt leges, eandem praxit hoc Receflu cen lege praevia  
praeceptam ideoque probatam videmus.

quidem restrinxerim; idque incluti auctoris sententiae nequidem reniti crediderim.

Nam in Causa ante-recensita *Ordinis Teutonicis, Horis subcessuis Wezlariensisibus* l. cit. narrata, ex ipsis Decreti Cameralis quod commentatus est, formalibus:

„Ist das gebettene Mandatum ob manifestam identitatem  
„et causae connexionem ac praeuentione de anno 1753  
„--- erkannt ic.

„in Cons. 13. Martii 1766.“

liquet, nuncupationem: *Continentiae causae* praemeditato animo  
omissam et sic ab ea *identitatem et causae connexitatem* esse con-  
tradistinctas.

Hoc vnicum vero mihi satis clarum non appetet, num haec  
connexitas caussae ad fundamentum actoris aut exceptionem  
Rei, vt ego quidem sentirem, spectet. In Decreto Camerali vt  
fundamentum actori pro obtinendo mandato de litem non tra-  
hendo ad aliud forum inseruiens praemittitur *connexitas caussae*  
ac *praeuentio*, sed quum connexitas causae, pari modo vt et de  
*praeuentione* et *litispendentia* supra docui, in fauorem Rei in-  
troducta mihi videatur, partem Teutonicam pro qua causae  
connexio hic loci praedicatur, magis Reum quam aetorem con-  
siderandam suspicor; Nisi enim Ordo Teutonicus in supplica-  
pro impenetrando hoc mandato exhibita de Domus Oettingensis  
lite iam ad Consilium Aulicum Imperiale perducta, litteris hu-  
millimis ad Imperatorem ante missis edocuisse, Camera certe  
locum non dedisset mandato de non trahendo litem ad aliud fo-  
rum; at respectu huius fori alterius, nim. Consilii Aulici Imp.  
pars in Camera supplicans eo magis pro Reo quam pro actore

est habendus quo minus tacuit, ad preces Domus Oettingensis quodammodo coram eodem iudice se iam intromisisse; quibus concessis nullum est dubium, in hoc excelsissimo Consilio Aulico Ordini Teutonico alias quam Rei vices dari non potuisse, quasue gerenti ad forum Camerale iamdudum in anno 1753 praeuentum prouocanti *Connexitatem causae*, si qua meo sensu fuerit, exceptionis loco, haudquaquam vero Domui Oettingensi processisse, vti ex inseguuto Consilii Imp. Aulico d. 29 Aug. 1766 emanato Concluso meinbro Vto videri licet, verbis :

„Jingleichen hat des Herrn Fürsten zu Oettingen Bitten auf  
„ein Mandatum inhibitorium de desistendo ab ulte-  
„riori illicito recursu ad Cameram Imperialem gestal-  
„ten Umständen nach nicht statt.“

In ipso itaque Consilio Camerali Ordo Teutonicus, dum conde-  
deretur ei mandatum de non trahendo item ad aliud forum,  
proprie non consideratus est vt talis, qui ex sola metu et mere  
prouisorie supplicauerit, sed quippe qui contra partis aduersae  
iam in alio foro tentatam causae diuisionem exceperit et sic man-  
datum petitum non esset consequens supplicae sed exceptionum  
praeventionis sive *connexitatis causarum*.

Quamuis, vt supra exposui, omnis praeuentio magis pro-  
priis suis principiis quam vnice *continentiae causae Romanae* sive  
*connexitatis causarum* legibus nitens mihi videretur, e re tamen  
non esse existimo, assumendam *connexitatem causae*, ceu requisitum  
aliquid essentialis praeventionis, sine quo intercedente,  
pars praeueniens et praeuenta ideoque praeuentio concipi non  
possint.

Hac

Hac assumptione saltim exemplum substratum illustre multum inferuiret ad definiendum, quales sint fines *continentiam caussae* inter et *connexitatem* vel in ipsis Augustissimis Imp. Tribunalibus terminantes, illam auctori hanc autem Reo valere.

Decretum Camerale et *identitatem* pro synonimo *connexitatis* accipere videtur, quam ego quidem accensui *Continentiae*; sed quoniam hanc magis praedicatum quam subiectum redolere superius iam monui, ad praxin forensem nihil refert, num sit *Continentiae*, an *connexitatis* attributum, an *vtriusque?* in *causae Continentia* enim *vntas* sive *identitas* indubie requiritur et in *connexitate* identitatem non tam absolute requiri videtur, quum plures res *connexae* tamen diuersae esse possint, qua ratione euidem identitatem *continentiae Germanicae* iungere nullum; sed quum *vsi* loquendi communis saepius *identitas* cum *connexitate* varietur, identidem ceu synonimon *rheticum* ad formam iudicariam nihil referens, cuiuscunque *vsi* maneat libera.

His omnibus collatis meam definitionem suffragari Doctrinae et principiis Viri Perillustris vndique concludo, tametsi explicite hoc in oculos sole clarius non illiceat.

Nunc ad ea quae Ill. Pütterus hac de re sentit; redeo ad causum cuius ex suis

*Opusc. Diff. II. de praeuentione Cap. VIII. §. 113. pag. 113.  
et 114.*

supra Cap. VIII. mentionem interieci.

Supponit Vir Illustris, argumentis concludentibus, iudicem superiorum semper concurrere cum iudice inferiore, quando illi

illi est *continentium causarum* et huic rei sitae vel domiciliū forum, adeo, vt, quia non nisi inter concurrentes iudices est praevenitio, ab iniicem hi possint praeveniri.

Hic locus est, quo adfert et specie notatu dignissima probat *continentiae causae* definitionem, quam et alio loco dedit, quod

„sit medium vnam caussam per diuersos plurium iudicium limites diuisam ad iudicium commune superius in prima instantia deferendi, si scilicet vna caussa plures personas vel res, quarum diuersa sunt fora, concernit,“

*noua Epitome Proc. Imp. Editio II. 1769. Lib. III. §. 190.*

Actor, qui *continentia causae* ceu medio iurisdictionem Cameralem fundandi munitus iudicium adibat, intenderat plures correos, quorum erant: *heredes Comitis de Schönborn* inter diuersa domiciliī fora disiecti et *Ordo Equestris Ioannitarum*, coram uno iudice compellere; ante iam sustinui *Continentiam causae*, de qua hic erat quaestio, vnitatem sive indiuiduitatem absolute indubiam et apertam praerequirere; hoc supposito actor aperte nixus his formalibus composuit petitum:

„Als sehen Anwälts Principalen sich gemüssiger, zu diesem höchsten Gericht ihre Zuflucht zu nehmen, dessen Iurisdiction ex *continentia causae*, ratione personarum diuersis iurisdictionibus subiectarum, sowohl der Hochgräflich Schönbornischen Herren Erben als des löblichen Johanniter Ordens zeitigen Herren Commenchurs in Frankfurt satsam fundiret ist.“

Ex quo facile est intellectu, hanc *continentiam causae* in eo tantum positam fuisse, quod super *vna eademque caussa*, de cuius vnitate

vnitate et indubia solidaque correorum participatione ex primi instrumenti hypothecarii aspectu constabat, plures correi debendi diversi fori adfuerint; quo casu hoc fundamentum iurisdictionis utique solum in *aetoris usum* procedit; Haec patca sufficient exponere, sententiam peritissimi huius Viri distinctioni meae omnino esse congruam.

Principalis enim meae definitionis differentia specifica est, quod non nisi *in usum aetoris* sit medium concessum; ecquis autem non yiderit, *continentiam causae* nullo modo tanquam exceptionem consideratam Reis in nostro casu profuisse, si ea tueri sibi usum fuisse, quum illis non ageretur de foro superiori omnium communi, quodue tamen finis *continentiae causae* est, sed de conseruando cuiusque fori ordinario beneficio.

*Continentiam vero Romanam* siue, vt mea quidem fert distinctione, *connexitatem causarum* longe aliis ideis combinandis declarat,

Vir. Ill. Pütterus I. cit. Epitomes Proc. Imp. §. 194.

quod nim. sit medium,

„causam, cuius alius proprius iudex competens esset, ad iudicia Imperii trahendi, quia hic pendet causa quae-dam principalis, sine qua tractari nequit illa,“

Huic definitioni, prout est expressa, nihil habeo quod opponam, nisi quod illa mihi latior videatur quam ut differentia specifica sati liquide inde apparet.

F

De

De reliquo nititur Vir eruditissimus toto tit. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, sequentibusque verbis:

„Si inter plures familiae erciscundae agebatur et inter eosdem communi diuidundo ait finium regundorum: neundem iudicem sumendum praeterea quo facilius coire coheredes vel socii possunt in eundem locum omnium praesentiam fieri oportet cum ex pluribus tutoribus unus, quod ceteri non sint idonei, contineatur: postulante eo, omnes ad eundem iudicem mittuntur,“

ex quo praecedente iust. Henn. Boehmerq. inducit, causas, quae ita connexae sunt, ut sine iniuria separari nequeant, simul debere tractari, disceptari, dirimi, praeueniri,

III. Pütter Opusc. I. c. Cap. V. § 56. II.

ideque concludit, quando uno eademque causa adsit, eaque indinata, ex qualitate causae fundari iurisdictionem,

Eiusd. Introd. in rem Iudiciar. Imp. § 127. sq.

Celeberrimum auctorem ut plurimum de coadunandis vt ita dicam, Reis hic agere videmus adeo ut neque ab auctore neque ab ipsis Reis, sed tantum ab uno vel altero correto coadunationem omnium correorum peti sinat.

Mea autem definitio continentiae causae Romanae haud reos aduersus semetiplos concitare sed reum contra auctorem munire tendit, eo vt hic a diuisione causae et iam a dico alio iudice repellatur siveque ad iudicem a reo praeuentum mittatur.

Nemo rem iudicariam noscens non animadivertit illam causae Continentiam inter species litis assistentiae magis quam conne-  
xitatis

xitatis causarum esse referendam, de quibus supra, vbi de coepio  
litigio erat quæstio, praenotaui, ad materiam præventionis eas  
spectare.

Enimvero præventionem ad genus *Continentiae Romanae*  
distuli, sed alio loco ostendere mihi sit saluum quantum ab ea  
differt.

Ego quidem hanc *Continentiam* sive *Connexitatem causarum*  
ita definirem, quod sit inter indices concurrentes iurisdictione pollenti-  
tes medium reo concessum forum litis a reo seu actore coepiae conser-  
vans atque redintegrans.

Attamen non dubito, sententiam Viri Illustris cum definitio-  
ne mea esse conciliandam; hic malim in *Continentia Germanica*  
triaditis huius Doctoris probatissimis suffulta quiescere.

Ante oculos mihi nunc est euolutum opus egregium

III. Tafingeri, sistens *Institutiones Iurisprudentiae Cameralis* Tub.  
1754. 8. Sect. III. Tit. VII. §. 543-553.

Cum vero omnia, quae Roding et Blumins collegerant, eodem  
fere seruato ordine in compendium redegerit, idque scriptorum  
recentiorum citationibus ornauerit, neque tamen distinctionem  
inter *continentiam* et *connexitatem* attenderit, nihil praeterea, quae  
hac de re ad Blumium iam in cogitationem deduxi, superest, cui  
hic immorer, nisi quod §. 553 inter effectus *continentiae causæ*  
ultimo loco quoque referat

„citationem per Edictum seu edictalem, quae ipsa locum  
„in Camera nonnunquam habet et quidem eo in primis  
„casu, si incertæ personæ sunt citandæ,

F 2

Casus

Casum in terminis, ut aiunt, mihi quidem vsquam legisse in memoriam non venit; quicquid autem sit, hunc effectum magis redolere putarem continentiam quam connexitatem causarum, neque id alio casu accidere posse quam vbi plures diuersi fori citandi concurrerint, non attenta circumstantia, an quaeratur simul de incertis personis nec ne? Rei enim cardinem in iudicio prouocatorio mihi singo, vbi vt e. g. in casu concursus Creditorum ad expressam aut factam ex L. diffamari quasi prouocationem ex parte Massae communis ideoque beneficio continentiae tanquam actor utentis, factam omnes quicunque sint Creditores ad proponenda sua iura et profitenda nomina citantur, e quorum arbitrio tunc forte penderet, idem iudicium praeparatorium aut tanquam principale sortiendi aut plurium spontanea prorogatione constituendi. \*)

Quia autem Creditores certi citatione edictali ad comparendum de iure non obligantur, necesse est, ut citatio edictalis semper se referat ad personas citandas adhuc vel nomine vel domicilio incertas.

Transeo ad versatissimum succincti nunc demum nati *Lexici Cameralis*

Kurz gefasstes Cameral Lexicon der in der Kaiserlichen und Reichs-Cammer-Gerichts-Ordnung in dager praxi recipitzen Terminorum Iuridico-Technicorum. Frankfurt und Leipzig 1766. 8.

Auctorem, et voces: *Connexitas causae et Continentia causarum.*  
Illam

\*) Haec subest causa, quare in Concurso Creditorum contra immediatos vel eosdem appanagios neque successori primogenito neque tutori competit ius Creditores defuncti editaliter citandi, quem hoc saperet arrogationem Iurisdictionis in debitorem esset, qui tanquam immediatus alio foro quam Imperii Tribunalibus non est subiectus.

*Illam exponit, quod sit*

„der Zusammenhang der Streit-Sachen wegen verschiedener Personen, z. E. wenn ein unmittelbarer und mittelbarer Reichs-Unterthan als Mit-Erben, wegen einer Erb-Schuld verklage „werden sollte, so muß die Sache ans Cammer-Gericht gebracht werden,“

*hanc vero praedicat:*

„einen Zusammenhang der Sache, wegen der Sache selbst, z. E. wegen verschiedener Lehren, welche von verschiedenen Lehens-Höfen abhängen. Siehe Würfels kurze Anleitung zum Kaisers-lichen Cammer-Gerichts Extrajudicial-Proces C. II. §. 3. n. 6.

Vt omnia recte perpendeamus expedit, ad allegata Cel. Würfeli*s*, qui ad ipsum fere textum

III, a Banniza gründlicher Einleitung zu des Kaiserlichen Reichs-Cammer-Gerichts-Procesen. Würzburg 1940.

omni solertia practica commentatus est, primum recurrere, his verbis concepta:

„Connexitas und Continentia causarum werden gemeiniglich mit einander verwechselt, oder gleich gehalten; allein sie sind unterschieden. Connexitas geht auf die Personen und Continentia auf die Sachen. Den ersten Fall stelle man sich für in der Verschiedenheit derer Beklagten, z. E. einer der dem Reich unmittelbar und einer der derselben mittelbar unterworfen, sind Mit-Erben und werden von einem dritten belangen; zimgleichen drey Vormündere eines unmittelbaren Pupillen, das von der eine in Sachsen, der andere in Schwaben und der drit-

„se in Franken verschiedener Güter wegen bestellt worden, wers  
„den nach geendigter Administration zur Rechnung gesordert.

„Den andern Fall wird man leicht begreissen, z. E. wenn  
„man über die Succession mehrerer unter verschiedenen Lehens-  
„Curien gelegenen geringeren Lehen streitet.

„Der Grund aller dieser Continenz und Connexität liegt in  
„L, 10. C. de Iudiciis.

Vtrumque auctorem ad discrimen aliquod inter *continentiam*  
et *connexitatem* collimare videmus; sed reapse unam pro alteram  
sumere nihil minus eodem intuitu comprehendimus.

Hoc quidem esset minimum quod definitioni in vitium ver-  
ti posset, cum mere arbitrarium sit, definitione aliqua *reali* dum-  
modo fixa, quando de *nominali* definitione quaeritur, inter plu-  
res, quae adsunt, nominationes synonimas, quarum nulli inest  
caractere vere distinctius, quamlibet earum adhibere; *connexi-  
tatem* enim atque *continentiam* eiusdem significatus esse et cohae-  
sionem aliquam inferre neminem Grammaticorum fugit. Huic  
vniuocationi tamen inhaerens differentiam aliquam euidentio-  
rem excogitasse mihi videbatur, alterum nimirum substantiuum  
in casu genitivo ponendo *pluraliter*, alteroque *singulariter* vten-  
do, ideo *continentiam* *cansæ* discernendo a *connexitate cansarum*,  
id quod superius iam explicui suo loco.

Nouissimus autem auctor, de quo hic nobis est mentio, di-  
recte oppositum *Numeri* usum docet, *connexitati* singularem et  
*continentiae* pluralem tribuens, nisi id fore errore calami tran-  
scribendo verba *Würfelii* irrepserit, qui pariter plurali numero  
sed in dupli siue plurali relatione ad *connexitatem* nempe et

con-

*continentiam* simul usus est, ideoque vocem: *Causarum* posteriori nomini: *Continentia* adiecit.

Sed, quod maximum, et ipsam definitionem realem, utriusque auctoris imperfectam opinor. Sumendo, quod quidem ex praemissis sequitur, *causae connexitatem* pro *continentia nostra*, lubens concedo, de personis neque autem de causis queri, ut superius iam concessi; sed propter immediati et mediati Rei combinationem absolute requisitam, apparet mihi definitio ex una parte nimis angusta, ex altera autem ob exempla ad illistrandum adhibita generaliora ideoque limitationes neglectas nimis lata.

Ex superioribus etiamnum animo occurrit, *Continentiam causae* non solum obtinere aduersus mediatos iunctos immediatis, sed etiam vel aduersus mediatos vel quidem immediato iunctos, dummodo mediati non sint subiecti iudicii cuidam superiori Provinciae communi \*); ut primum autem Rei mediati sunt diutinarum Prouinciarum inhabitantes tunc iurisdictione Augustissimae Aulae sine Camerae suprema eodem modo quo in immediatos, aut puros, aut mixtos, incidit; Exemplo duorum coheredum, quorum unus sit immediatus et alter mediatus, et speciei trium tutorum pupilli immediati tantum haeret aequiuocationis in praxi, ut simul ad longe alium iurisdictionem fundandi modum, si cui placeret extenlio, spectent.

### Taceamus

\* Hic est locus vñi *Continentia causae Germanica vel in Iudicis statutum possit procedere*; Si e. g. velis ex vna eademque causa plures tibi obstrictas personas diversis primis instantiis gaudentes conuenire, sint huiusmodi instantiac iudicia inferiora Principis, aut Nobilium, aut Cleri aut Civitatum eiusdem Prouinciae. Quia Ordines Prouinciae in causis iustitiae Supremi Tribunalis Provincialis iurisdictioni sunt obnoxii; non est dubium hanc iurisdictionem Supremam simulac in summis Imperii Iudicis abs Te fundari contra plures correos conueniendos, non obstantibus primis eorum Instantiis, quae illis sunt Austraegetarum quasi loco.

Taceam, quod rarius contingent casus vbi heredes immediati cum mediatis concurrerent, nisi qua filia immediati mediato, nobilis aut ciuici ordinis, sit nupta, vel vbi super pupillo immediato constituerentur tutores mediati \*), cum iustitiae super pupillis immediatis eorum agnatis pariter immediatis in regula priuatue competit, corpus equestre nobilitatis immediate autem tutores constituendi iurisdictione cum Excelssissimis Imperii Iudiciis concurrente gaudens plurimas causas tutelares collegio cuiusque ut vocant *pagi* aut *loci* equestris *vindicet*, et hoc casu, perinde ac si causa ad summum tribunal esset delata, semper tutores et contutores mediatos respuat.

Ponendo omnia haec esse paria, duos tamen heredes diuersi fori aut Austregalis aut mediati oporteret vnum iudicem adire, scilicet iudicem sitae haereditatis, sit inferior, sit superior; tunc subsisteret quidem ratio *continentiae causae Germanicae* pro fundanda iurisdictione Augustissimorum Iudiciorum Imperii, sed tunc denum quando ab vna vel altera parte esset ante occupata iurisdictio; ex quo palam est, requisitum duorum vel plurium coheredum diuersi fori definitioni *continentiae* quidem inesse, simul autem non *causam* sed *effectum* fori situs denotare.

Tametsi requisitum plurium coherendum in *continentia causarum* proximam et efficientem causam fundandae Supremae Iurisdictionis Aulicae aut Cameralis, quod in Iurisdictione rei sitae aliter se habet, vbi plures coheredes diuersi fori non nisi accidentaliter adsunt, forum rei sitae enim vel absque coheredibus extraneis constitui potest; facile tamen intelligitur, fini auctoribus nostris animus fuisset, *connexitati* suae, quae nobis *continentiae*

\*) Praeterita sunt tempora, vbi in Camera accidit Confirmatio*tutoris* priuati, propupillo principe constitui, quem *Marchio Badensis* Cancellarium suum liberis constituit anno 1589 testante *Gylmanno* in Symp. Cam. T. III. verb. *Tutor.*

tiae nomine venit, claram dare ideam, definitioni clausulam adiicere debuissent:

„Nisi summo Imperii tribunali a iudice rei sitae totius aut  
„maximae partis hereditariae forte praeuentum fuerit,”

qua adiectione alterum exemplum a tribus tutoribus pupilli \*) immediati desumtum prorsus cessaret, quia summum Imperii tribunal proprie est forum rei sitae super cuiusque pupilli immediati hereditate, qualescumque sint tutores, aut immediati, aut mediati; Enimuero eadem praeuentio, quae in casu duorum heredum vel respectu iudicis inferioris, vt superius casu Magistratus Francofurtensis est commonistratum, valeret, subintrare non posset, nisi forte inter ipsa duo Imperii tribunalia, qua de re hoc quidem loco non queritur;

Quod de connexitate, sive sibi dicta *continentia causarum* dicendum adhuc supereft loco magis congruo alibi exponere constitui, non possum tamen quin pauca hic anticiparem.

Qua-

\*) Huc non resert dispositio illa:

Rec. Deput. 1600. §. 16.

C. O. C. P. tit. 1. §. 2.

„Ingleichen wann zwischen zweyen unmittelbaren des heiligen Reichs Herrschaf-  
„ten die Iurisdiction streitig, und eine jedi derselben einem Papillo oder uninder-  
„jährigen Wormänder zu ordnen, berechtigt zu seyn, vermeinen will; wollen  
„wir, dieweil solches causa favorabilis, und personas miserabiles betreffen hat,  
„damit dieselbe indefensae nicht gelassen und in andere Beschwerlichkeit einge-  
„föhret werden, daß den Pupillis mit nothwendiger Verordnung der Wormän-  
„der, nach Gestalt und Gelegenheit der Personen, durch unser Kayserl. Cammer-  
„Gericht verholzen werden soll.”

Lex enim hic non loquitur de personis immediatis sed solum de mediatis papillis  
in quadam provincia relicitis, cuius iurisdictio inter duos Imperii Status est litigio-  
sa. Summum Imperii Iudicium tunc neque ex Continentia causae neque ex Com-  
petentia fori rei sitae, sed ex privilegio causae favorabilis propter in mala pericula  
provisorie tantum procedit.

G

Qualiscunque sit adhuc salua summis Imperii tribunalibus in causis feudorum Iurisdictio, eam nunquam fundari duxerim in *connexitate* sed in *Continentia causae* et pluralitate correorum; quod si querelam meditaueris contra plures curias feudales, quae e. g. simul abs te vasallo portulassent edi Schema Genealogicum, quod nullus antecessorum unquam ediderit, siue quae Senioratum familiae tollere et manum ut vocant coniunctam introducere studiissent; tunc tibi ceu actori beneficium *Continentiae causae* contrá plures Curias correas competeteret, neque vltior casus feudalnis mihi videtur dabilis, vbi e contra *connexitas causarum* ut beneficium reo competens subintrare posset; nam scubi reus, *connexitate causarum* velamine se tuens, contra actorem ad iudicium Imperii prouocauerit, tunc aut res ipsum feodium siue, vt aiunt, legem feudi non concernet, quaeftione feudalitatis autem intacta ne causa quidem vere feudalnis adest, aut de separatione feudi ab allodio quaeretur, neque tunc reus, si fuerit purus heres allodialis, nisi in causa sibi pure allodiali, Supremum Imperii iudicem adierit; at causa pro pure allodiali sumta ad hanc rubricam feudalem ne quidem spectaret, quemadmodum vicissim causa actoris se successorem in feuda gerentis, si eam ad Curiam feudalem deduxerit, pro causa allodiali non esset habenda. \*)

## Quid.

\*) Pro meo quidem indicij modulo, si causae separandi allodii numerarentur feudales, quibus cohibito continentiae causae Capitulat. Caef. contenta quadret, ac quum saltem mihi videbatur, eandem prohibitionem vcl innerlo casu et contra Curias feudales valere, ne sub obtentu Causae feudalnis fese immisceant Causas allodiales Imperio immediate subiectae; quid quod? hoc casu individuo praeventioem inter Curias feudales et Imperii tribunalia absonum quid non esse. Ex viraque enim parte ocurrat forum rei sitae, et cuique praeventio tunc simul adhaereret cognitio super finibus feudi siue allodii determinandis ex Capite connexitatis causarum, quae haud finit, res absque iniuria non separandas dividit.

Neque autem in uno neque in altero casu causa esset vere feudalnis, id quod firmat sepositionem meam, causam feudalem, vbi connexitas causarum siue *Continentia Romana* coincidere posset, vix esse dabilem.

Quid autem sibi velit Cel. Würfelinus feudis *minoribus*, (ge in  
geren *Lehen*) respectu quorum tantum obtineat in Imperii summis  
Tribunalibus *continentia causae*, equidem non video; idem di-  
scrimen, inter feuda maiora et minora, toto quidem cœlo di-  
uersa, quoad feuda Imperii omnino obtinere nemo dubitat, sed  
inter feuda a Principum Curiis deriuantia idem discrimen quoad  
*continentiam causae* obseruari vnuquam legisse aut vidisse in me-  
moriā mihi non venit, nisi forte indigitauerit auctor feuda mem-  
brorum ordinum equestrium immediatorum, quorum intuitu

Patentibus Caef. d. 7. Sept. 1719. corpori equestri datis

recursus ad curias feudales magis est restrictus immo prohibitus  
quam in causis reliquorum vasallorum, quibus e contra Art. XXI.  
Cap. Caef. recursus ad Curias feudales in prima saltim instantia  
est apertus; sed quoniam dantur feuda quae ciuica vocant quæue  
procul dubio potiori iure quam equestria *minoribus* accenseri  
possent, Patentibus tamen Caesareis ante allegatis non compre-  
henduntur, ideoque non ad exceptionem sed ad regulam, i. e  
ad primam Instantiam Curiarum clientelarium Capitulatio-  
ne Caef. stabilitam spectant, distinctionem *feudorum minorum*  
ne quidem Exceptione illa Corpori equestri concessa niti mihi  
videtur.

### CAP. VIII.

*CONNEXITAS CAVSARVM SIVE CONTINENTIAE CAV-  
SAE ROMANA IVXTA GERMANICAM PONITVR.*

**R**edeo et benevolos lectors ad ea remitto, quae sparsim de  
*connexitate causarum* superius iam sunt tradita, in primis

G 2

ad

ad definitionem, quam hic repetere liceat: quod nim. sit *connexitas causarum inter iudices, quibus concurrens est iurisdictio, medium reo, non autem actori, concessum, forum litis a se tanquam actore coepit contra eum qui litem ad aliud forum trahere intendit, conservandi et redintegrandi.*

Nemini Iurisperitorum ob oculos non versatur illa lex fundamentalis 10. Cod. de Iud. cuius textum supra insertum legimus, quae expresse est prohibitum, causas, quae in uno eodemque iudicio poterant terminari, apud diuersos iudices ventilari. Hoc sufficeret hanc ad *connexitatem* origine Romano insigniendam, nisi scriptoribus Cameralibus plures e penu Iuris Romani in promtu esissent loci probantes.

Antecurrant hic argumenta ex verbis:

L. 43. ff. de R. I.

„Quae religiosis adhaerent religiosa sunt,

L. 59. ff. eiusd. lit.

„Quae alienis aedificiis connexa sunt ea quamdiu iuncta manerent, eorundem aedificiorum esse,

quae sequitur:

tot. tit. ff. in quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

vbi

„iudicia familiae erciscundae, de communi diuidendo et finium regundorum, vt pote realia, ad eundem remittuntur iudicem,

Qui-

Quibus curatius disputationis nomen Romanum iusto mereri non est, credo, dubium; utrum vero haec connexitas, ut Romanae ciuitatis, in vim Legis Germanicae penes Imperii summa iudicia inualuerit? quaestio altioris sane indaginis videretur, nisi *Mindanus* huic dubio praecaverit, munitus duobus deliberationibus Cameralibus de annis 1570 et 1592 ex quibus

*Mindanus de Processu Lib. III. cap. 3. n. 4.*

adstruxit hanc suam thesin,

„quod si plures Imperio subiecti Principes una actione  
„conueniendi sint, non Austregae, sed Caesaris vel Ca-  
„marae Iurisdictio fundata sit. Ex rationibus, quod  
„continentia non tantum in fauorem reorum sed et auctorum,  
„imo ex utilitate publica pro litibus abbreviandis recepta  
„sit; nec Principes conueniendi, adeo commode, singuli  
„et particulariter euocari, neque facile inter se meti ipsos  
„concordare poterunt,”

quibus fretum mihi videtur Excelſ. Iudicium Camerale in de-  
cernendo mandato, quod nobis afferuauit

*Iust. Henn. Böhmer Consult. Tom. II. P. 2. resp. 1154. n. 77.*

quippe cui iniecta est, vt obferuat

*Ill. Piütterus Opusc. II. de praeuentione Cap. VIII. §. 114.*

clausula:

„Dass sie (scilicet iudices ad quos hoc mandatum attenta-  
torum reuocatorium erat directum) „in dieser Sache, so  
„lange dieselbe bey dem Kaiserlichen Cammer-Gericht in unent-  
schiedenheit“

G 3

„schiedenen Rechten schwebet, auch derselben anhängenden Sachen sc. nicht verfahren sollen.“

qualis clausula *causarum connexarum* (anhängenden Sachen) adiici non potuisset, nisi Augustissima Camera continentiam *causae Romanam* i. e. *Connexitatem causarum* pro lege quidem non scripta sed tamen obseruantia recepta habuisset \*).

Cui ad probandam obseruantiam accedit casus notatu dignissimus, quem affert

Perill. L. B. de Cramer Obs. Tom. III. Obs. 798.

sub inscriptione:

„Individuitas haereditatis, concurrentibus diuersis Iurisdictionibus et Reis, causam ad iudicium omnium superius trahit.“

Haeredes *Hasbergiani* item mouebant Principi *Nassonico-Weilburgensi* et Consortibus super hereditate *Benziana* coram summa Camera Imperii, ceu foro *connexitatis causarum*, in pluribus hereditatis partibus, quae in diuersis foris erant sitae, fundato. Pars Rea ad elidendam *connexitatem causarum* omnem mouebat lapidem, laudansque

Lauterbach Coll. Theor. Pract. L. V. Tit. 3. §. 30.

autem-

\* Propositioni mense non derogat quod III. Pütterus 1. c. sustinet, hanc Iurisdictionem super *connexis* aut saltem exceptionem praeventiois insuper fundandam non nisi ex adiecta hac clausula procedere sufficit, summis Imperii tribunalibus ius esse hanc clausulam, si velint, adiiciendi, quod fluit ex C. O. C. Part. 3. Tit. 64. quo auctor voti apud Perill. B. a Cramer Obs. 798. Tom. III. pag. 70 inducit ex iure communii suppendum omnino esse, quocunque in O. C. circa *connexitates causarum* nimis stricte statutum fuerit.

autorem regulae iuris:

„quod, si bona hereditaria in diversis locis sita sint, diversi quoque adeundi sint iudices.“

exceptionem fori declinatoriam opponebat, quae exceptio per sententiam d. 26 Sept. 1759 pronunciatam reiiciebatur his formalibus:

„In Sachen von Hossbergen vxorio et mandatario nomine,  
modo deren Erben, Klägers, wider Herrn Carl Augusten  
Grafen nunc Fürsten zu Nassau-Weilburg und Consorten,  
Bellagten, citationis ad videndum se manuteneri in appre-  
hensa possessione hereditatis Benziana per testa-  
mentum sibi reliqua eiusque vsu. Ist allem Vor- und  
Anbringen nach mit Verwerfung Exceptionis fori decli-  
natoriae zu recht erkannet.“

Apparet ex his omnibus non tantum, continentiam causae Romanam in summis Imperii tribunalibus inoleuisse, sed et distinctionem meam ad usum Rei restrictam ne quidem esse a me excogitata, prius vero scriptoribus Cameralibus iam antiquioribus in mente fuisse.

Eadem verba ante - inserta Mindani, quae Continentiam causa-  
sae actori aequo ac reo tribuunt, indicant simul, continentiam  
Romanam propriam eandem esse quae reo, et Germanicam quae  
actori competit.

Loco enim citato loquitur Mindanus primum de *Continentia  
causae Germanica*, sustinens eius velamine plures Imperii subie-  
ctos Principes una actione, non obstantibus Austregis, coram Im-  
perii

perii Tribunalibus esse conueniendos; Quum vero bene perpendere hunc effectum in continentia causae Romana i.e. Legibus Romanis nullatenus esse fundatum, nisi id fieret Legibus Germanicis, prosequitur sermonem hoc ratiocinio:

„continentiam causae non tantum in fauorem reorum sed et actorum esse receptam,“ perinde ac si dixisset: Verum fateor, continentiam Romanam tantum in fauorem reorum esse scriptam, sed accessit alia continentia videlicet Germanica, quae tantum in fauorem actorum est statuta, quibus ambabus speciebus collatis prono alueo fluit, genus continentiae causae diuersas suas species, Romanam quippe atque Germanicam complectens omnino non solum in reorum sed et in actorum fauorem esse receptam. „

Quid autem clarius, quam propositio mea inde promanans, connexitatem causarum, siue continentiam Romanam tantum in fauorem reorum esse introductam?

Hoc vastiorem sane dicendi campum mihi aperirem, omnia peruestigandi quae occurrunt in hac materia connexitatis, quam omnes iudicabunt doctrinae de praeventione ac litispendiae admodum assimilem, quam cui spatum sufficeret.

Et mari aquam adderem dictaque redicerem, si conarer, hac de re praeventionis plura commentari quam

III. Piitterus diss. egregia de praeventione, Opusc. suis contenta,

iam edisseruit; ad eam remitto beneuolum lectorem, si velit dispicere omnem materiae copiam eiusque fines intricatissimos in primis inter praeuentam et anteoccupatam Iurisdictionem.

Mate-

Materiam *Continentiae* meae *Romanae* siue *connexitatis causarum* abunde ibi sparsam reperiet; quare non habeo quod hoc loco materiae amplius inhaerem, in cuius disputationem hoc opusculo proprie *continentiae causae Germanicae* dicato delabi ne quidem constitueram.

Contentus propositione mea firmata, *Continentiam causae Romanam* siue *connexitatem causarum* non nisi *reο valere*, in aliud tempus differam quaecunque pro maiore eius adoratione dicenda adhuc supereſſe viderentur; nouissimo tamen casu e causa mihi, vt aiunt, *domestica de promoto definitionem meam dilucidare liceat.*

### CAP. X.

## DILVICIDATVR *CONTINENTIA CAVSSAE ROMANA CASV NOVISSIMO DOMVVM LIPPIACARVM.*

**D**omus *Lippiaco-Detmoldiensis* aliquot ante annos contra *Domum Lippiaco-Schaumburgensem* in *Excelsissima Camera Imperii* mouebat item de praetense turbata possessione iurium ecclesiasticorum atque territorialium, quae *Domus Detmoldiensis* contenderat sibi priuatius vindicare, *Domumque Schaumburgensem* prorsus excludere, quae tamen illi praeter primogenitutram physicam et aliquot ex testamento aucto terrarum inter filios diuisorios quin et regiminis ad formam fere inter eosdem aristocraticam redactorio a regula permittas exceptiones plane nihil iuris vel hodienum concedit. Quum *Domus Schaumburgo Lippiae* hodie duabus consistat Lineis, quarum senior *Bückeburgensis* ditioni *Lippiacae Blombergensi*, iuniorque ditioni *Aluerdis-*

H

*sanae*

*sanae imperat, illa autem Domui Detmoldiensis* potentior vi-  
fa fuerit, ut eam hoc modo aggredi auderet; consultius sibi  
duxit *Detmoldiensis*, minus potenti Lineae *Aluerdissanae* prima  
iniicere tela, quantumque sibi liceret, praemissa requirendae  
iustitiae Austregalis conuentionalis gesticulatione, mandatum  
arresti cassatorium obripere, callide secum perpendens, hoc se-  
mel obtento sequenti tempore et in Domum *Schaumburgensem*  
propter identitatem principiorum et ynitatem Linearum eadem  
tela vertere posse.

Successit Consilium; decernebatur mandatum; Linea *Aluer-*  
*dissana* opponebat Exceptiones Sub- et Obreptionis, adiecta re-  
conuentione pro impetrando alio mandato de non violando in  
variis Iurisdictionis speciebus neque sibi plus afferendo quam  
quod ex pactis Domus sibi competeteret.

Hac occasione patronus caussae *Aluerdissanae* omne Iurisdi-  
ctionum *Lippiacarum* sistema perquirebat, in solo facto posses-  
sionis haud remanens.

Domus *Detmoldiensis* multo maiori effusione in replicis nuper-  
ime demum exhibitis insudabat, ad capita reconuentonis respon-  
dere et iura sua praetensa non armis possessionis sed vetustissimae  
historiae ut plurimum fabulosae fragilibus adiumentis pluribus-  
que argumentis arte factis munire, ideoque forum Camerale  
quoad petitorum explicite prorogare; neque id alia fieri mente  
vix potuit; ex inferioribus enim patebit, immo citationem super  
denegata praetense iustitia Austregali in suplica pro Mandato  
simul esse petitam sicque propriam ordinariam aditam.

Domus *Detmoldiensis* se videns reconuentam consuluit sibi,  
antequam exceptionibus replicas et reconuentioni responsiones  
regef-

regessisset, sacra profanis, imaque summis miscere, et violationibus addere violentiores manifestioresque.

Omni enim fere milite suo territorium *Aluerdissanum* invadi, castrum illustrissimi Comitis obsidione quasi cingi et sic ius armorum et praesidii in terris *schaumburgicis* vi et facto sibi asserti iussit;

Quibus toti Iurium *Lippiaco-Schaumburgicorum* complexi structis infidiis et fere iam inflisis vulneribus aequa ac familia Illustrissimi Comitis *Aluerdissani* obfessa ideoque inclusa ut vix viictum sibi repererit, perductus non potuit Senior Domus *Schaumburgensis*; ille Lusitanorum Serenissimus Dux, quin affisteret liti et e copiis suis multo superioribus vnicam in terris suis proprie *Lippiacis Blombergensibus* in praesidio locatam cohortem discinctam mitteret ut ea occupando castrum militem Detmoldensem a violentiis arceat et sic saluum tamen sospitemque ad locum vnde se recipere ideoque tranquillus remigrare efficiat, ut pluribus est narratum in Impresso quod praenotatum:

Geschichtsmäßig archivalischer Beweis ic.

prodibat Aluerdissae turbida illa tempestate.

Domus *Detmoldensis* impetrabat in Augustissima Camera paucis diebus, post quam *Aluerdissana* Mandatum, de quo supra obiter mentionem feci, *de non offendendo, abducendo milite etc.* obtinuisse, propter metum praetensum armorum aliud Mandatum contra Seniorem *Schaumburgicæ*, quod illi tunc demum insinuabatur, quando territorium *Aluerdissanum* ab vtroque milite iam. iam fuerat euacuatum.

Domus *Schaumburgica* Supplicis *Detmoldiensibus*, quibus  
niteratur Mandatum, exceptiones ipsum iurum de quibus di-  
micabatur titulum tangentes opponendas curabat; quae ut ad  
causam principalem *Aluerdissanam* spectantem ad iudicium remitti  
decernebantur. Huic oppositioni sat stringentibus argumentis  
adornatae quid reddere replicationis Domus *Detmoldiensis* hodie-  
que remanit elinguis, exceptiones *Schaumburgicas* pro confessatis  
tacite accipiens.

Nullum itaque est dubiam super puncto Iurium territoria-  
lium, in primis Iuris armorum atque praesidii nec minus Iuris  
ecclesiastici (ius enim ecclesiasticum pomum eridos erat, quod  
parochus Aluerdissanus in medium proiciebat, satis instructus,  
ut inde oriatur simulata causa Domum *Aluerdissanam* in ius vo-  
candi,) forum Augustissimae Camerae esse anteoccupatum et li-  
tispendentiam ibi aperte constitutam.

Cui accedit, quod paullo post Domus *Schaumburgica-Bü-  
ckeburgensis*, quam morte cuiusdam suaे ditionis *Blombergensis*  
Parochi subsecuita successorem coram Consistorio *Detmoldense* ut  
vocant priuato, siue potius *Ministerio ecclesiastico*, proindeque  
incompetente (Consistoriorum enim toti Comitatu commune  
sempre Domui *Detmoldensi* fuit odiosum quo circa irritum id fa-  
cere omnis nervis allaborant *Detmoldienses*) examinari haud  
pateretur, viamque concordiae a se propositam et initam ex ad-  
uersa parte sinistre acceptam, ideoque aquam cribro haurien-  
dam esse animaduerteret, in ipso congressu simulatae concordiae  
publice prouocauerit a pluribus ex parte *Detmoldense* datis gra-  
uaminibus extrajudicialibus ad Decisionem Cameræ de causa ibi  
pendente principali futuram.

Hoc

Hoc non obstante Domus *Detmoldiensis* se conuertit sub initio huius anni ad Augustissimum Iudicium Aulicum contra Domum *Bückeburgensem*, de iure controuerso armorum, praesidii, ecclesiastico, litem ibi deducendum et mandata aduersus eam imperandum, quod sibi ita euenit ut mensē Aug. 1769 ab hinc non solum in causa parochi sed et in causa Iuris territorialis et armorum duo mandata poenalia S. C. decernerentur.

Hoc quidem omnes de *Connexitate causarum* doctrinas protinus subuertere tibi videretur; sed duobus oculis rem intuenti mox illucebit, Excelsissimum Iudicium Aulicum petita mandata certe non decreuisse, nisi Patroni<sup>i</sup> caussae *Schaumburgenses* tempus praetermississent informandi atque praeoccupandi iudicium, ad quod lis a Camera trahi contendebatur, de hac litispenderia Camerali, ad eum fcre modum quo Ordo Teutonicus in causa supra recensita Oettingensi vtebatur;

Summum hoc iudicium enim non ignorabat, Domui *Bückeburgensi* petita *Detmoldiensia* ad Aulam Caesaream perducta quin et rubra eorum satis fuisse prae cognita, antequam mandata spatio temporis aliquo interiecto demum emanassent; non dubitans, hanc Domum petita mandata tranquille expectaturam, corundemque iustibus caput abduxituram esse satis tempestiuem, mediantibus exceptionibus fori declinatoriis postuenturis.

Neque, nisi omnia me fallant, modo hae exceptiones ut res ipsa fert concinnentur, illis deerit effectus, quo remittatur causa principalis ad forum ubi lis est coepit, Iudicioque Augustissimo Aulico vel maxime saluetur iurisdictio de factis statum possessio- nis summarissimae tangentibus cognoscendi, quum praxis ho- dierna, ut inter omnes constat, a litera Legis *Romanac continetiae* siue *connexitatis causarum* tantum deuiauerit, ut disiunctio

ibi prohibita possessori a petitorio moribus non amplius sit prohibita sed potius concessa, sicuti huiusmodi separatio ad consequendam celeriorem iustitiam tibi fuerit visa;

Confido hac in re illustribus viris, sat classicis, *Estor et Pütter*, quorum alter praefatione Dissertationi Pütteriana*e de praeventione* praemissa §. 5. secundum rubricam statuit:

„Ex spolio, turbatione, possessorio, infraacta pace publica, rel. ratione petitorii exceptionem anteoccupationis „non nasci,” et alter textu Dissertationis ipso Cap. V. §.58 sustinet: „Litem super possessione momentanea praeparantem duntaxat esse neque praeventionem, quod ad „causam principalem, scil. petitorium, attinet, saltim si in „hoc iudicio diuersa agendi causa aut aliae personae animaduertantur, efficere valere, Io. Henr. de Berger in „Oec. Iuris lib. 4. tit. 18. p. 1016 ideoque petitorum coram alio iudice institui posse, immo non nunquam debere, si forsitan de possessione e. g. in causa sacra cognovit iudex politicus, ut obseruarunt Ill. 10. Ge. *Estor in den kleinen Schriften* Tom. III. P. 12. p. 573. sq. et Ill. *Boehmer* in Iure eccles. prot. Tom. I. lib. 2. tit. 12. §. 13. n. 2. „p. 1116. Lubenter enim largiendum esse, quod utrumque coram eodem iudice commodius posset tractari, 10. „*Henr. de Berger* in Elec. discept. For. ad tit. 4. obs. 10. „inde tamen nihil minus quam necessitatem praeventionis confici posse.”

*Pütter* in Opusc. p. 44 et 85.

Ego quidem crederem haec duo mandata prout emanarunt neutriquam obtinenda fuisse, si causam *Bückeburgensem* dicentes usuram interualli sibi retulissent; quia nequidem delegatio siue  
Com-

Commissione a Tribunal Aulico decreta efficit praeventionem,  
quod in causa quadam domestica Holstein contra Lippe mandatum  
Camerale inhibitorium ad delegatos a summo Consilio Aulico  
Iudices d. 4 Febr. 1653. missum probat his verbis:

„Hierauf so gebieten wir deiner Andacht und Liebden hiemit ernst-  
lich und wollen, daß Sie und Ihr — in sothaner von Gegensei-  
ten erschlichenen Commission, alldieweil diese Sache an uns-  
serm Kaiserlichen Cammer-Gerichte rechthängig nicht verfaß-  
tren — „

Pütter l. c. p. 132.

Quum vero facile esset probandum, actores caussae Detmoldien-  
sis spatium a morte cuiusdam Consiliarii Bückeburgensis saga-  
cissimi Viennae defuncti, vsque dum Successor constitueretur et  
notionibus quae ei ex actis tantisper, obsignatis debebantur, im-  
bueretur, praeterlapsum sat callide ad obripienda mandata usur-  
passe; nullus dubito vel cassatorias denique esse efficiendas,  
dummodo status possessionis Schaumburgensis quietissimus li-  
quide doceatur atque nullum quatuor casuum mandati S. C. oc-  
currere neque terrorem armorum propter Comitatum Lippia-  
corum et Schaumburgicorum disiectionem, alueo Visurgis inter-  
clusam subintrare commonstretur.

Haec omnia, quomodocunque eueniant, largiuntur tamen,  
*connexitatem causarum* semper reo nunquam actori valere; nemo  
est in hoc casu qui medio *connexitatis* vti possit praeter Domum  
Schaumburgicam, quam procul dubio gerere in Iudicio Augu-  
stissimo Aulico vices rei oportet, nisi mandato obrepto simplici-  
ter voluerit parere; quin et in hoc casu partitionis semper reus,  
non actor erit.

Num

Num vero causa quae ad alium forum trahi tenditur ab eodem ad aliud forum transeunte actore, an ab eodem reo, sit perducta prius ad forum vbi iam pendet? non est quaestio.

Vniuerse quidem stat praesumtio pro actore, qui primus item mouit, quod et retineat forum suum semel vltro electum, quando reus e contra spe melioris iustitiae causam ad aliud forum trahere tentat; sed potest contingere, vt in meo casu accidit, quod et idem actor, e foro, quod sua sponte elegerat, digrediatur et ad diuexandum aduersarium litesque ex litibus generandas aliud forum concorrente iurisdictione instructum adeat.

Cuius consilii, quod attinet meum casum, proximam causam in eo latere mihi videtur, quod Augustissima Camera inuasionem territorii *Aluerdissani* ex parte Detmoldiense factam et reliqua molimina iam damnauerit, adeoque super *mandato de non offendendo* paritoriam simplicem et denique pro arcendis vltterioribus violentiis *mandatum de protegendo*, cuius supra mentionem feci, decreuerit, quae omnia forte aegre ferendo patroni Detmoldienses in via Mandati S. C. durante saltim protectorio in Camera amplius quid efficere diffisi a iudice informato ad demum informandum expatiandi hanc vltimam exsudauerint stropham.

## CAP. XI.

AVSTREGALIS INSTANTIA NON DEROGAT IURISDICTIONI CAESAREAE, MAGIS VERO OBEST IUSTITIAE CELERIVS ADMINISTRANDAE.

**V**t regrediar ad meam *Continentiam Germanicam* Austregale forum primum mihi se offert, in cuius odium *continentia causa*

*sac*

sae instituta hodieque usurpata videtur. Res satis digna quae perquiratur acutiori stylo. Animus tamen non est ad Archai-  
cos inferos medii aeui descendere nec in tenebris errans flo-  
res etymologicos delibare. Ill. *Frechio*, quem supra laudaui,  
subscribere malim, Austregas legales, vt l. supra c. §. 6. con-  
tendit, tam antiquas non esse vt originem earum ante Impera-  
toris, statoris iustitiae, *Maximiliani* tempora quaerere opus sit.  
Ipse eius auspiciis condita

*Ord. Cam. de 1495. tit. 24.*

expressis verbis instituit iudicium Austregale, vt iudicium a se delegatum perpetuum. Quidnam clarius quam formalia ter-  
tio cuius Principi, ceu Austraegali inter duos alios Principes  
judici, Commissionem Caesaream perpetuam deferentia?

„das auch derselbe anzunehmen und zu vollführen schuldig seyn  
„soll, als unser Königlich oder Kayserlicher Commissarius,  
„die wir als Römischer König einem jeden gehan haben wollen,  
„und soll dieser unser erhohrner Commissarius förderlich Rechtstag  
„sezzen in einer seiner Städte ungesährlich und mit samt seinen  
„unparthenischen Räthen die Sache zu Recht verhören, und, wie  
„sich in Recht gebühren wird, entscheiden.“

Cum itaque non dubium sit, forum Austregale esse Com-  
missionem Caesaream, quanquam formalia Commissionum mo-  
ribus hodiensis visitatarum desint; equidem non viderem, quo  
paeto Austregae officere possint summae potestati Caesareae.  
Quibus concessis idem sane respectu Caesaris esset, se aut coram  
Austraegis, aut coram uno vel altero summorum Imperii Tri-  
bunalium conueniri aut quem conuenire, neque foret absolum,  
si tu vt priuatus Austraegis non gaudens vna cum correo illustri  
coram Austraegis conuento idem forum ex Capite *Connexitatis* se-

quereris, vltroque iurisdictionem prorogares, quanquam interpretationem extensiām Austregis tribuere nolim, adeo, ut cuique reo, cuius ordini Austregae expressa Legis litera non sunt concessae, pro libitu liceret exceptione Austregalis instantiae forum declinare ideoque effugere iustitiam.

Sufficiat hoc loco ostendisse, summae Caesareae potestatis Ius dicendi in Imperio nihil interesse, exerceatur haec iurisdiction a Commissione Caesarea perpetua i. e. iudicio Austraegali, an a Consilio Aulico an a Camera Imperii. Attamen posteriora duo Augustissima Tribunalia propter iurisdictionem cuiusque curae cordique datam non idem sentire, eodemque sensu accipienda esse largiar tradita

Perill. L. B. de Cramer Syst. Proc. Imp. Sect. I. Tit. 5. §. 209.

„proin nihil ratione Austregarum concessum censendum,  
„quo iurisdiction Imperialis nimis restingeretur; adeo  
„que casus non expressus dispositioni iuris communis re  
„linquendus; e contrario quidquid ad ampliandam iu  
„risdictionem Imperialem ratione Austregarum quid  
„confert, ordinatione Camerali cautum censendum est „

quibus causam ab aetore aliquando ad vnum vel alterum horum Archi-Tribunalium perductam, respectu iurisdictionis conseruanda quin et amplianda suam nim. Tribunalis propriam causam contra reum austregali exceptione se tuentem reddi docet Vir Doctissimus, iuriunque Illustris sui Collegii vindex strenuissimus, qua tamen mente nimis dura mihi videntur quae hac de re perhibet.

Mindanus de Continentia Cauf. L. 3. §. 6. verb.

„Austregae sunt stricti juris et non facile in *fraudem* com  
„petentis Caesareae iurisdictionis extendendae.

ego

ego' quidem magis apposite dici crederem, Austregas in fraudem iustitiae accelerandae *Continentiaque cause* in iustitiae complementum introductae non esse extendendas.

Non est abnuendum, ab utroque Imperii summo tribunal iurisdictionem Caesaream repraesentari, eandemque toties laedi quoties ad restringendos horum tribunalium fines quid intendetur.

Verumtamen ipsa Caesarea summa potestas iuridica nihil, puto, patitur, tam diu cause partium consensu coram Austregis aguntur, quinimo partes intersint, quas in foro austregali stare in regula non oporteret;

Neque illi. *Frechio* omnino suffragarer, qui

I. c. §. 8. p. 14.

ninitur propositione inde elata:

„Dass in Betracht der in der Cammer - Gerichts - Ordnung nicht „besonders ausgedruckten Fälle und Personen allemal die Ver- „muthung für die Kaiserliche Gerichtbarkeit zu ergreifen „und zu deren Nachtheil nicht leicht eine Sache an die Aus- „frage zu verweisen „

quasi vero Iurisdic<sup>io</sup> Austraegalis aeque non esset Iurisdic<sup>io</sup> Caesarea.

Ex isto insuper iudicium Austregale constituendi inter plures ultimo modo Caesareum Commissarium Austraegalem petendi, sat lucide appetet, et eum, penes quem est delegatio Commissarii temporalis, esse Committentem perpetuum.

Suppositio enim stante Iudices Austregales esse Commissarios Caesareos, non video qua ratione Iurisdic<sup>io</sup> Caesarea ab Austregis possit interpellari quoque pacto sibi derogari.

Omnia in eo corruere autumo, quod in conflitu iurisdictionis austragalis et Archi-Tribunalium semper ea summi Tribunalis antecellat illam Iudicis Austregalis; ut accidit quando actor ex capite *Causae Continentiae Germanicae* (sive Romanae de qua autem hoc loco mihi non est quaestio) correum illumitem immediatum Austregis gaudentem cum mediato correto simul coram uno vel altero Augustissimorum Imp. Iudiciorum in ius vocauerit, vbi neque mediatus correus ut immediati forum austregale sequatur, aut si hic forte consentiret et austregale sibi consultius duceret, neque actor ut mediatum coram iudice austregali invitus conueniat, obligari potest.

Ad alterum propositionis meae membrum me conuertens, quo instantiam austregalem quandoquidem obesse celerius administrandae iustitiae existimo, neminem, opinor, qui in foro versatus est fugit, exceptionem austregarum hodie in eum finem tantum opponi, ut litis ingressus impediatur, vel ad summum praerogativa immediatorum putatiua salua retineatur, nam mere putatiua statuum esse hanc praerogatiuam ex eo fluit, quod iam est suppositum, nempe Instantiam Austregalem magis esse Commissionem Caesaream quam propriam instantiam, adeoque crederem, status Imperii si qua talem Instantiam Austregalem semper perpenderent, hanc certe gemmam, nisi forte ad moras litibus iniiciendas, multo minori sollicitudine custodituros.

Prouoco ne dicta redicam ad scriptorum Cameralium consensum, quorum hac de re sententias Cel. de Zuvierlein, filius parente clarissimo dignus, in *Diss. de Ordine Iud. ab austregis obfernando*

*Pütteri Opusc. XI. § 5. p. 438 et 439.*

colle.

collegit, de suo haec iungens:

„Quantumvis frequentissima sic occurrit adhuc dum Au-  
stragorum in caussis illustribus mentio et vel acerrima  
„super illorum vsu disceptatio; nihilominus longe rario-  
ra sunt exemplo, quibus ipsum iudicium Austregale ad  
„effectum ducatur. Quam ob rem non mirandum,  
„esse, qui statuant, ut plurimum hodie vexae caussa in  
„medium proferri, atque generatim impedimento magis  
„quam praesidio iustitiae administrandae inseruire ius  
„Austragorum.“

Horum qui hoc statuunt ut vnum loco omnium laudarem  
sententiam egregiam hic excipere liceat illius rerum nostrarum  
publicarum Triboniani, qui Herculeo labore tantaque animi  
imperterriti ingenuitate et curias Imperii et palatia principum  
emundabat, opereque clarissimo monumentum sibi exegit aere  
perennius,

Perill. Io. Iac. Moseri im deutschen Staats-Recht:

„Die Absicht ist zwar, wie bey allen Austrägen, so auch bey den  
„Stamm-Austrägen, sehr loblich und gut, und wann selbiger in  
„praxi nachgegangen wird, sind sie ein Kleinod derer Stände,  
„welche deswegen in so weit billig auf deren Conservation bedacht  
„sind: Es geht aber leider damit oft, wie mit andern zur Beschrän-  
„kung des Justiz-Wesens angesehenen Mitteln, dass selbige nehme-  
„lich nach der Praxi zu urtheilen, gerade eine der stärksten Justiz-  
„Hindernisse sind, unter deren Bedeckung der Stärkere den Schwä-  
„chern, (nur auf eine andere Art als zur Zeit des Faustrechts ge-  
„schehen) in den Sack schreibt. Und dieses ist wahr, einige mög-  
„gen es gerne hören oder nicht. Dahero ja so nöthig wäre, auf  
„Reichs- und Wahl-Tagen Gesetze gegen diesen Missbrauch, als für  
„den rechten Gebrauch, zu machen.“

## CAP. XII.

ABVSVS NON TOLLAT VSVM AVSTRAEGARV<sup>M</sup>,  
 QVAE POTIVS AD DIMINVANDOS ARCHI-TRIBVNALIVM  
 LABORES, SI DIIS PLACERET, POSSENT ADMINICV-  
 LARI; ILLVSTRATVR HOC CASV DOMESTICO.

**E**xperientia summorum tribunalium in prouinciis Electoralibus, coram quibus ipse princeps conueniri potest et plurimum succumbit, ut saltim de Hannouerano Iudicio appellatorio satis constat, aperte probat, speciem iudicij austregalis et hodienum viridi praxi subsistere; quo praeterea pertinet prima Ordinum Imperii Nobilium immediatorum instantia austregalis expresse sic dicta, Consilio cuiusque ordinis arctiori, quod vocant Orts Vorstand, perpetuo demandata, aut si quis idem Consilium conuenire tenderet, directorio generali cuiusque Circuli equestris commissa, quanquam, quod attinet ad omnes causas equestris, huiusmodi instantiae austregales concurrentem semper habent iurisdictionem cum Imperii summis Iudiciis.

Quod si in reliquorum Principum et Statuum Austraegeis non gaudentium terris poneres, cuiusque Iudicio Prouincial tantam iudiciam esse fidem, ut vel actor extraneus principem siue eius ministros ibi conuenire non dubitet, siquidem transmissio actorum liceret, quam in ipso austregali iudicio esse concedendam pater tam ex

R. I. 1570, §. 85. et C. O. C. part. 2. tit. 4. §. 15.

„Dafß solche neun Räthe Macht haben sollen, die beschlossene „Sache und Aeten mit Bewilligung beyder Partheyen auf eine „unpartheyische Universität um Verfaßung des Urthels zu schi- „cken —“

quam

quam ex iis quae sentit

*Deckberr in vind. ad Blum. tit. 27. n. 138.*

„transmissio actorum ad Collegium iuridicum semper  
„merae facultatis est, non solum in casu nouem Consi-  
„liariorum iudicantium, sed omnibus omnino,“

non video, cur abhorres huiusmodi iudicium austregale, quum  
idem iudicium iamiam sit constitutum neque praevia requisitio-  
ne atque ambagibus multifariae compositionis demum egeret.  
Venit obuiam nouissimus mihi casus domesticus ad hanc thesin,  
quam illustrare velim, spectans.

Domus Schaumburgo. *Lippiaco Aluerdissana* meditabatur processum  
mandati contra Praefectos Hanoueranos, qui praefecturae *Sternberg*  
*Domi Serenissimae Hanoueranae* a *Lippia* in hypothecam tradi-  
tae praesunt, ad Cameram Imperii Augustissimam deducendum,  
postquam commercium literarum cum iisdem habitum praefectis  
nullum plane produxisset effectum quo vel vni remediaretur  
grauamini.

Vltimum meo quidem suasu placuit tentamen, ad tribunal  
aliquid prouinciale, cuicunque nobis esset fiducia, causam per-  
ferre, vt ibi ad modum quasi austregalem mandatum, de quo  
agebatur, decerneretur. Eligebatur iudicium cui rerum Ger-  
manicarum strenuus ille praefest vindex, iustitiaque Sacerdos  
religiosissimus, Perill. *Sirnbe*; neque fefellit spes; manda-  
tum nuperrime subsequebatur et facta praefectorum, de qui-  
bus longe quaerebatur, pro mere illicitis declarabantur.

Lis itaque in summo aliquo Archidicasterio introducenda  
iam est praescissa, statque hoc exemplo propositio mea, austre-  
gali instantia numerum litium ad iudicia Imperii deducendarum  
omnino

omnino posse minui, modo illa primum rectificetur, adeo, ut fiducia inter partes quin et status Imperii sibi iniicem tribuenda ceu prima lex recipiatur, qua nemini quidem statuum quid praeminentiae aut iuris derogaretur, quem fiducia mutua omne remouererat praeiudicium et sententia maneret ad superiora Imperii tribunalia adhuc appellabilis; quid quod? fatalia ob protractam siue denegaram iustitiam austregalem identidem se continerent intra strictiores iam limites promouenda iustitiae valde proficios.

### CAP. XIII.

SVNT QVI ODIVM QVOD AVSTREGAE INCVR-  
RVNT NIMIS EXTENDVNT OMNIAQVE AD EAS  
PRAETEREVNDAS CONTORQVENT.

**Q**quam vaga sit materia austregarum, ut opera et oleum perde-re videantur, vastissimum hunc campum praxi saltim proprii judiciali incultum si qui velint reddere cultiorem, inde non sequitur, iudicium austregarum plane esse aboliendum, aut tantisper eludendum; sed potius, nisi ut praerogativa statuum, tamen ut beneficium pro acceleranda iustitia concessum in honorem concedentis utique seruandum esse duxerim. Ordo anima est rerum agendarum, in primis iustitiae; nisi stylus et faralia praeceps obseruarentur nullà sane finiendarum litium superesset spes.

At instantiam austregalem aduersus reos immediatos illustres primo primum esse adeundam manifestissimi est iuris publici Germanici, qua ratione ad Ordinem Imperii iudicarium omnino pertinet eadem; quaenam, amabo, rebus ita compositis meditatio,  
objectione qua

qua ductus tu instantiam austregalem studio praeterire vel inuentis ingeniosis enitaris?

Diuturnitatem iudicij austregalis, conuocationem iudicum satis disiunctorum omnique exceptione maiorum longe petendam, adeoque iustitiae in saecula saeculorum protractionem forte pertimescis? Non habes, inquit, quod metuas. Circumscripicio temporis termino ad nominandos iudices austregales quatuor hebdomadum nequaquam sufficiente omnem praecedit metum, ut praxi docemur, quae vix unum vel alterum praebet casum antiquum iudicii austregalis ad effectum perduci.

Nihil itaque facilius mihi videretur, quam quemcunque immediatum Imperii coram summo Archidicasterio conuenire, austregali instantia non obstante.

Impossibile enim fere est, intra quatuor hebdomades nominare iudices austregales qui mihi essent omni exceptione maiores; quicquid autem poterit quin etiam fieri ut plurimum tamen reus super austregis requirendus incidit in austregas conuentionales (gewillführte oder Stammt-Austräge,) quas in tantum quin in totum negat unus vel alter, vti contigit in causa domestica Lippiaca, quam supra Cap. X. adduxi, vbi pars requires requisitionem suam ad conuentionales solum restrinxerat, quas a reo non agnoscit longe praesentiebat, et ad nudam suam querelam super denegata iustitia austregali ad Augustissimam Cameram praetensam pro obtainenda citatione simulque obripiendo Mandato de cassando arresto S. C. protinus huius propositi facta erat compos.

Aliud exemplum in Causa Abbatis et Principis Corbeiensis contra Archiepiscopatum Colonensem Sententia Camerali d. I. Febr. 1765. publicata

*Frech. l. c. §. 33. p. 67.*

K

com.

commonstrat requisitionem nominandorum iudicium austregalium pro rite insinuata semper haberi, dummodo Schedulis Rhedariorum litteras obsignatas cursui postarum publico esse traditas edoceatur, nihilque referre, an litterae ad Regimen Principis certo loco fixum, an, si malit requirens, ad personam Principis forte peregrinantem dirigantur vltimasque ad terras mittantur ut earum cursus 4 hebdomadibus ne quidem absoluatur;

Quid plura? sufficit quod a vero non absit, instantiam austregalem sive operam eam adeundi nullo fere numero venire actori, ut hic conscriptionem vnius epistolae requisitorialis circumueundam dignaretur inueniendis propterea subterfugiis ingeniique acumine hoc adhibendo.

#### CAP. XIV.

*CONTINENTIA CAVSSAE GERMANICA EST INSTITVTA, NON AD RESTRINGENDVM FORVM AVSTRAEGALE SED AD COADVNANDA ENTIA LITESQUE CORRIPIENDAS; EX QVO AVSTRAEGARVM EXCLVSIO, QVATENVS FORTE HVIC INSTITVTO OBSTARET, UT ACCESSIONVM QVID NON VT CAVSA FLVIT PRINCIPALIS; RESTRICTIO AVSTRAEGARVM NVSPIAM SIT CAVSA PROXIMA CONTINENTIAM CAVSÆ FVNDANDI.*

**N**on diffiteor, hoc loco vbi in sustinendo foro versor austregali, Deductionem quam saepius laude dignam commemorauit *Frechianam* mihi ante oculos esse neque me valere tanta continentia vt iis, quae ad deridendas austraegas ibi sunt commenta sat blande digesta, sicco accederem pede.

Pace

Pace auctoris huius III. ordinar meditationem quam constat tui  
a commotio, quod in causa Corbeiensi eius patronus contra Episcopatum Paderbornensem forte quaesuerit in consilio, Principis Paderbornensis forum austregale circumeundi.

Etenim sin Aduocatus Corbeiensis hoc modo breuiori via  
tenderit ius suum persequi, non video quomodo casus ille tam  
dabilis sibi potuerit elabi, quo sententia ad austregas remissoria  
multo maiori temporis dispendio agere iuberetur quam alias iniussus  
agere potuisse; neque huc spectat casus Corbeiensis ad  
uersus Archiepiscopatum Colonensem, quem assimilare contendit  
Vir Doctissimus, quoue sententia supra iam allegata d. i. Febr.  
1765. in Camera publicata, huius tenoris:

„In Sachen Herrn Fürsten zu Corvey wieder weyl. Herrn Cle-  
menz August, modo Herrn Maximilian Friedrich Erzbis-  
choffen und Churfürsten zu Cölln und dasiges Dom-Capitul Ci-  
tationis super denegata vel protracta iustitia Austregali,  
miuncta Citatione ad videndum se condemnari ad seruan-  
dum pactum. Ist das durch den abgelebten L. Bolles der  
„Remission ad Austregas halber beschegene Begehren, bewanz  
„den Umständen nach besonders in Ansehung des ex proprio fa-  
cto et contractu principaliter mit beflagten Dom-Capitulis zu  
„Cölln, als ohnstatthaft abgeschlagen, sondern last man es wegen  
„des letzteren bey der unterm 23. December 1757. eröffneten Li-  
ttis-Contestatoria lediglich bewenden, dann den mitbeflagten  
„Herrn Churfürsten zu Cölln betreffend ist demselben, was solcher  
„etwa in der Haupt-Sache annoch zu handeln vermeint, Zeit 2.  
„Monaten p. t. et p. V. A. W. verstatte, und sub praeju-  
dicio angesetzt.“

## K 2

## Exceptio

Exceptio fori declinatoria in foro austregali fundata reiiciebatur; primo enim huius sententiae aspectu apparet, reiectionis *proximan* causam in denegata iustitia austregali, *remotiores* autem, aut in circumstantiis correatus, Capituli Cathedralis principalis eiusque proprio facto et contractu aut forte, quod tamen disquirere nolim, in illo singulari ab omnibus reliquis Imperii Capitulis diuerso Ecclesiae Coloniensis systemate mera maiori Imperii nobilitate circumscripso esse quaerendas, tantaque mihi videtur haec insignis intercedens differentia, ut in quibusuis Archiepiscopi actionibus ecclesiam obligantibus forte Capitulum semper pro socio obligationis habeatur, quippe quod in casu casus simul cum Archiepiscopo conueniendum sit. \*)

Ego quidem crediderim, si patroni Corbeienses Principem Paderbornensem eodem modo, quo pie def. Electorem Coloniensem-

\*) Non admittuntur ad Praebendas Canonici Capitulares Colonienses, nisi Domibus individue Imperio immediate vna cum territorio adhaerente subiectis oriundi, aut Principes Principiarium, aut Comites Comitatuum aut Domini liberi Dynastiarum immediatarum, (quorum Dominorum liberorum ne quidem ullus fere amplius, si forte exceperis Dominos Grotios a Schauen, hodie extat, quam omnes Dynastae euaserint Imperii Comites;) id quod pater ex ipso quadam huius Illustrissimi Capituli documento hic subiiciendo:

„Wir Dechant und Capitul des hohen Thumb-Stiftes Edlen, thuen fundt,  
„als unser Thumb-Capitul gebührend angelangt worden, glaubwürdiges  
„Attestatum mitzuheilen, daß diejenige edelen Thunherren, welche zu dies-  
sem hohen Stift angenohnien werden, vom Stocke, Nahmen oder Sianum,  
„eines freyen edelen Standes seyn müssen, also und dergestalt, daß sie ih-  
„rer Stocken und Stamnhäuser, wovon sie geböhren eripressen, sie bestes-  
„hen dann in Fürstenthümen, Graf- oder Herrschaften, dem H. Röm. Reich  
„immediate unterworfen seyn müssen, auch keine andere, so mit solcher  
„Qualität nicht versehen, solcher Würden fähig noch aufgeschworen wer-  
„den können;

„Als atfestiren und bekennen wir, Dechant und Capitul, hennit und  
„in Kraft dieses, daß vermdg hiegen hohen Thum-Capitul Edlen die  
„alte hochibliche Statuta und Gewohnheiten erforderen, daß solche  
„Thumb-

niensem, pro nominandis iudicibus austregalibus requisiuerunt, litterasque ad Sedem Neuhusianam dirigendas Postae Huxariensi tradidissent, nominatio multo minus quam in priori casu inse- quuta, ideoque via fuisse aperta ad citationem in Camera propter denegatam iustitiam austregalem petendam et denique obtinen- dam sententiam exceptiones fori declinatorias pariter repellen- tem.

De reliquo autem, quicquid vir clarissimus de habitu Ca- pituli ad Episcopum protulerit, stat regula:

„Ecclesiam repraesentari nonnisi ab Episcopo, capite suo,  
„neque a Capitulo, parte quippe corporis, ab Episcopo  
„simil repraesentati, neque a Capitulo tanquam a Con-  
„silio Episcopi perpetuo, in persona Episcopi ut textus  
„sub libros subintellesto..”

K 3

Quo

„Thumb-Grafen und edele Herren, eines edelen, und von einem dem Röm.  
„Reich immediat unterworfenen Stocken, von ihren Eltern und Vor-Eltern  
„freien Stammes und Herkommens seyn müssen. Urkund unsres herfär.  
„gedruckten Secret-Insigels, so geben Cölln den 1. Marci 1669.

(L.S.)

Joh. Henricus Deckhoven Dr.

Pro Copia eam suo vero Originali concordante

Joan. Oslingh. Notarius sub Imp.

Vid. kurze gründliche und wahrhafte Deduction der uralten freyen Reichs-  
herrschaft Schmen S. 64. et von Steinen Versuch einer Westphäl-  
ischen Geschichte II. St. S. 862. et 864.

Quid si per exceptionem quasi a regula toti Illustrissimo Capitulo Colonensi, cuius  
membra singula indubitanter beneficio Austregarum gaudent, idem assertetur be-  
neficium? Hoc loco saltim effectus ille inde refiriatur, vt in casu vbi Archi-Episcopus  
pro Austregis nominandis rogaretur hae requisitione semper et Capitulum final re-  
quisitum, quanquam expresse inibi non comprehensum, subintelligeretur, neque in-  
congruum esset, quod Capitalium sequitur idem forum Austregale Archi- Episcopi.  
Abit tamen a me hoc idearum lntu quid in ferre, quod Causae Colonensi alius for-  
san principiis nitenti posset obstarre!

Quo concessio equidem non viderem, quo iuris colore in causis praesertim politicis Capitulum ut consors litis principalis, nisi per exceptionem a regula, quae tamen probanda semper eset, possit conueniri, obligationi ab Episcopo data subscriperit in eodem instrumento, nec ne?

Terrii enim erga quem Ecclesia obligatur non interest, qualis intercedat oeconomia priuata Capitulum inter et Episcopum, quorum Capitulationes rarissime in lucem prodeunt, ideoque pacta respectu publici prorsus priuata remanent; Episcopi est, ut Capitulationi sive et iis quae de non praetermittendo Capituli assensu certis in actionibus sunt prouisa, satisfiat, Capitulum vero, si velit, inuigilet, quo minus Episcopus Ecclesiam inuito ac inscio Capitulo obliget, quo casu obligationis non approbandae reuocet eam publice idem Capitulum, sin Episcopus rem restituere nolit, consensum suum praesumtum declarando obligationem adeo imperfectam, ex qua nulla detur actio.

Immo certe auctor noster ipse concedit §. 22. p. 39. Episcopum caput esse Ecclesiae. Quidquid autem caput permittit, ut membra adimpleant promissa necesse est, consenserint in promissa nec ne?

Capitulum consistere membris ad caput, quod sine membris subsistere nequeat, pertinentibus, propositionem non infringit, quum positio vnius non sit exclusio alterius, adeoque, si consensus membrorum requireres, omnia et singula membra, nullo excepto essent admittenda, neque membra Ecclesiae Laica in sensu Christi, cui omnis Ecclesia colligitur, neque saltim Vicarios neque Chorales, quos vocant, ordinis Clerici secundarii, caetus fidelium sive Ecclesiae membra esse prohiberi possent.

Pro-

Propius certe rei accederet idea *ministrorum* quam *membra-*  
*rum Ecclesiae*, non obstante quod auctor noster laudando *Schub-*  
*hardum* de nomine *Domini hereditarii* adfert pag. cit. verbis:

„Die Capitularen werden dahero des Stifts Erbherren genannt.“

Capitulares Leodienses iamdudum \*) Gallico quidem idioma-  
 te

\*) Clerus primarius Leodiensis sive Capitulum Ecclesiae Cathedralis ab antiquo singular  
 fulger dignitate in paria; Bulla Pontif. Max. Pii IV. de 1560. ubi Episcopo vna cum  
 Capitulo plenum dominium in temporalibus adeo ut conclusa ab omnibus subditis  
 ecclesiasticis et secularibus obseruari debeant, clerusque viuens ad subsidia tenea-  
 tur, perinde, ac si consenseret expresse. Quumque sequenti tempore hoc mutatum  
 et Clerus ordine secundus statuum ordinibus iunctus fuerit vniuersibus et privilegiis  
 nouissime a Principe Iosepho Clemente p. m. d. 14. Ianuar. 1717. confirmatis, tan-  
 tum abest ut hac Clevi secundarii accessione ad Systema Patriae regiminale dimi-  
 nuta sit Cleri primarii dignitas, ut potius iuxta Clerum Secundarium sibi quasi sub-  
 ordinatum posita tanto magis cluxerit,

vid. Perill. L. B. de Cramer Obs. Iur. Vniv. Tom. III. Obs. 948.

Quantumlibet autem praecemineat ille primarius Cleris, inde tamen non sequitur  
 regula, obligationem ab Episcopo Patriae nomine datam semper esse imperfectam  
 nisi Capitulum simul *sese* obligauerit; ad similem enim casum individuum nequidem illa.  
 Bulla Pii IV. produxerat effectum, sed a reliquo Clero secundi ordinis protinus  
 controuersa, ideoque Concordia subsequuta inter Episcopum et hunc Clerum se-  
 cundarium d. 30. Mart. 1565, erat sublata, conf. l c. §. 39. hisce vero missis mihi  
 quidem videtur longe aliud esse, *plenum dominium Episcopo cum Capitulo* quam idem  
*Dominium Episcopo et Capitulo* esse tributum. Posterior modus indicat, ut arbitror,  
 duo diversa ad hunc autem actum Dominii administrandi inseparabiliter iuncta sub-  
 jecta; et prior indigit Episcopum cum suo correlato per se intelligendo, propemo-  
 dum instar summi Iudicis Imperii Cameralis, cui est potestas Iuris dicendi in Im-  
 perio, subintellige, ope et consilio totius Iudicij Cameralis. Quemadmodum ita-  
 que si contra Processus Mandati vel in pleno Camerae Iudicio decretos tu velles ex-  
 ceptionibus te tueri, pro stylo Camerae haud Iudicium Camerale sed Supremum Ca-  
 merae Iudicem solum esse alloquuntur in exceptionibus tuis, sic et mihi quidem  
 videtur nuncupatione Episcopi semper Consilium suum quasi natum ut para Capi-  
 tulum subintelligi, ideoque nihil referre ad tertium, an in causis, vbi pro Patria se  
 obligauerit Episcopus, Capituli simul mentio sit adiecta nec ne?

Quantumcunque autem interficit cohaesioneis inter Episcopum et Capitulum suum,  
 quoad illustres Capitulares Leodienses, negandum tamen non est, eos tantis respectu  
 Episcopi valere praerogativis ut illud axioma: *Tresfoncier* sive *Grundherr* sa iusto  
 sibi titulo vindicent; quod tamen longe abhorret ab illo *Schulhardi*: *Erbherr*.  
 Successio enim *hereditaria* omnino repugnat *eleclisia*.

te sibi asseruerunt inscriptionem : *Tresfoncier* (Proprietarii) quo epigrammate Gallico nunc et reliqui Germaniae Capitulares vernaculaque voce : *Grundherr* insigniri contendunt.

Cuinam autem est visum , ex rubris inscriptionibusque plerumque ludente minerua assumitis in iudicio quid probare ? In vero sensu iuris publici omnes Capitulares exceptis excipiendois pro Episcopi Ministris intimis siue Consiliariis natis habentur , quantumuis forte Capitulatione singulari Episcopum adeo extenuassent , vt ipse inter pares nihil sit quam primus ordine , quem huiusmodi Capitulationes variables in publicum haud prodeant , ideoque obiectum iuris publici , si exceperis Osnabrugensem perpetuam , nunquam fiant.

Iam subaudio eandem propositionem , Capitula esse ministeria , in me conuerti ex iudicato quasi illo :

*Schubhardi de Austregis C. 7. n. 100.*

„Hodiernis moribus , cum lites immortales reddantur ,  
 „maxime , quae pluribus instantiis diuentilentur , non in-  
 „utile erit , si actor eo intendat , vt causa statim cognitio-  
 „ni Camerae submittatur , quod facile videtur posse  
 „fieri , si *Continentiam personarum* vel *causarum* excogitet ,  
 „exempli gratia : quando Episcopus conueniendus , re-  
 „quiri potest Capitulum , num idem sentiat cum Episco-  
 „po et rati habeat , quae ille egit etc. Si sentiunt , quod  
 „sic , tunc statim ex *Connexitate causae et personae* Camera  
 „adiri potest etc. „

Ne quidem suspicar auctorem nostrum Corbeiensem ibi doctorum opinionibus trahi vbi de litera legis et usu fori recepto agitur ;  
 quam

tamen multum praesidii in hac Doctoris sententia quaerere mihi  
videatur, per eum mihi liceat ad fontem redire, ex quo consi-  
lium suum ingeniosum hausit Schubhardus.

Verba hoc spectantia superius C. VI. inserta Legis Cameralis:

„Gleichermaßen wenn einer, so vermög der Reichs-Ordnung vor  
„die Austräge gehörte, mit andern seinen Unterthanen und Dies  
„nern zu belägen, sollen die Austräge disfalls nicht statt haben,  
„sondern soll unser Kayserlich Cammer-Gericht, als das höchste  
„Gericht ob continentiam causiae, darunter anzulangen seyn. „

regulam, ex qua ratiocinatur Schubhardus, videntur firmare,  
quod Ministri et Subditi cum Principe vna causa complecti  
atque conueniri possint, idque multo magis in quaestione de  
Capitulo simul cum Episcopo conueniendo procedat. Sed nu-  
bem pro Iunone amplexus est Schubhardus.

Omnis homo, non servus, cum Principe suo contrahere  
potest; hoc assumto; ecce non posset quisque Minister non  
seruus, quaeque societas non serua, cum Principe suo inire con-  
sortium sese erga tertium obligans? Vt in hic casu superius  
Cap. I. formato, ponendo: tali Capitulo esse ditionem singula-  
rem aerariumque particolare ab aerario Status siue Principis in-  
dubie disiunctum, tuncque idem Capitulum propter sortem ali-  
quam a tertio in Episcopatus usus conuertendam mutuo acceptam  
ex sua ditione hypothecam creditor i mutuum danti in subsidium  
constituere; iam numme casus, inque, Principis vna cum Ca-  
pitulo conueniendi existeret?

Idem sane esset casus, si Princeps aere alieno obrutus id a  
statibus prouincialibus, siue a quoquis alio Collegio ciuico aut  
ministeriali consequeretur, ut partem aliquam aeris alieni desu-

L

per

per fideiubendo in se reciperet tale Collegium; tunc enim creditores, quum sortem sibi velint reddi, conueniendo Principem cum correis suis debendi Ministris fundatam vtique haberent intentionem.

Sin autem Satrapa aut Praefectus Principis tertio cuidam, munere suo perfungendo, vim intulisset aut quodcumque grauamen inflxisset, non video quem in finem Satapra simul cum Principe, vt tamen plerumque hodienum sit, coram summo Imperii Tribunal ius vocaretur, quum Satapra non suo sed Principis nomine egerit vel saltim egisse semper presumatur, adeoque de eius factis auctoritate officii munitis semper tenetur Princeps. Neque eget in casibus Mandati S. C. quorum sunt plurimi, pars supplicans hoc beneficio personas mediante *continentia causae* cumulandi easque directe in summo Imperii Iudicio simul conueniendi et Austregas praeterreundi, eum in Mandatis S. C. semper cessent Austregae, nisi id fieret hac mente, vt si forte qualificatio ad Mandatum S. C. deficeret, tunc intraret *continentia causae* quo saltim obtineatur Mandatum C. C. siue citatio.

Negandum non est, fateor, penes Imperatorem esse potestatem, edicta et patentes Augustissimi nomine emissas omnibus et singulis vel mediatis ministris & subditis, vt exempla prostant, impertiendi; sed hoc loco quaestio non est de eo quod Maiestati Caesareae circa edicta competit, de eo solum agitur, num minister Principis, si Domini sui nomine egerit, ob id factum coram summo Imperii iudicio directe sit convenientius, priusquam grauamen ad ipsum Dominum, cuius nomine factum afferit minister, esset delatum?

Certe casu quo Dominus prius rogatus hoc factum improbarer, causa vterioris recursus per se cessaret, casu autem quo pro-

probaret, ipse Dominus causam ministri suam redderet causam, neque viderem qua iuris specie, nisi more Atheniensium, qui vt refert *Pausanias* vel res inanimes vocauerant in iudicium, ministri Principis pro correis facti ab illis vel iussu Principis expresso vel tacito commissi, haberi et hanc ob rem ad iudicium deferri, aut, vt concinnius loquar, quo pacto miles cum gladio sive scriba cum calamo constitutat societatem ciuilem aut consortium litis.

Alius in mentem mihi incidit casus rem illustrans, quem ita fingo, quod praefectura quaedam sua fide particulari redditum terio cuidam creditori sese obligauerit erga nomen aliquod in mutuum acceptum.

Si contigerit, quod creditor nomen reuocaret, valde dubito, si opus sibi esset iudicio, se praefectum, neque potius ipsum Principem coram summo Imperii Tribunal conuenturum, quamquam documentum obligatorium a solo praefecto esset signatum.

Excipiunt forte, hoc casu Principem directe in Imperii iudicio, austregis obstantibus, non esse conueniendum, quum nihil ibi occurrat, quod petitum pro Mandato aliquo S. C. possit suppeditare. Sed quid ad te, si animus tibi est recipiendi argentum tuum? Agedum, require austregas, si tibi desunt vires ingenii petitum pro mandato S. C. inueniendi, aut instrumento guarentigiano si cares! Nisi vel Astraea in terram redux iudices Austregales ipsa nominaret, quin et iudicium ipsum aperebiret, quatuor hebdomades huc praefinitae aut annus et dies certe praeterlabentur, et rectissima tunc tibi patebit via propter denegatam aut protractam iustitiam austregalem summam Imperii iudicem adeundi, ideoque causam legitime ad iudicium quo tenderas deductam habebis.

L 2

Si

Si tibi idem fuerit visum opitulante *Continentia causae* obtinere, ego quidem nolim euincere tibi, a correo mediato exceptionem non competentis actionis aut nominationem auctoris non opponi, quo posito eliso exceptionum plus temporis et operae exigeret, quam requisitio Austregarum.

*Nominationem* enim uero *auctoris* scriptores Camerale, ut suo loco superius iam monui, inter *Causae Continentiae* species referunt; sed cum praeuentio nominantis pro sit *auctori* nominato, si forsan actori veniret in mentem *nominatum* ad alium iudicem quam cui ut competenti fideret, trahere, id quod in beneficium *nominantis*, ut colligunt

de Berger in Oec. Iur. lib. 4. tit. 20.

Ill. Pieter Opusc. II. de Praeuent. Cap. V. §. 62.

est introductum, in eiusdem odium non esset detorquendum; et *nominante* iam liberato *auctor* *nominatus* tunc solus esset in iudicio, quae solitudo omnem sane tolleret *Continentiae causae* ideam, simulque Iurisdictionem in ea fundandam.

Venio ad conclusionem quam ex praemissis colligere velim, quod Austregarum quippe restrictio nunquam sit causa proxima iurisdictionem in *continentia causae* fundandi. In aprico enim est, Austregas ipsas Iustitiae promouendae tanto obstaculo non esse quam earum praeteritionem; ideoque non video, cur in causis in item deducendis requisitionem Austregarum minus operosam, ad summum temporis spatium vnius anni exigentem, omitteres et multo molestiori controuersiae exceptionibusque fori delinatoriis te committere malles?

Quid-

Quidquid de Austraegarum materia, quatenus obfuerint iustitiae, legerimus, semper erant lites super causis ad Austregas remittendis, rarissime super modo procedendi in ipso iudicio Austraegali obmotae.

Nam lite semel copta, libelloque exhibito, omnis causa intra annum et diem decidatur sicque Iudicium Austraegale finitur, ipsissimis legis formalibus:

„und soll solches Recht von dem Gerichts-Tage anzurechnen, als die Klage ins Gericht gebracht wird, im nachfolgenden halben Jahr zu Ende kommen, es begebe sich dann durch rechlichen Aufschub und Erkenntnis fernere Erlängerung, so soll es doch in Jahr und Tag zu Ende reichen.“

C. O C. Part. 2. tit. 4. §. 1.

est praefinitum, adeo ut si protractio iustitiae in iudicio Austraegali metuenda esset, spatio tamen vnius anni interiecto omnis sine dispareret metus, et actori tunc esset via plana atque legitima de protracta iustitia Austregali conquerendi et causam ad summum Imperii iudicium deuoluendi.

Vel maxime igitur spatium vnius mensis omnem comprehendit moram, quae in iudicio Austregali ad te diuexandum neci possit; si vero hoc iudicium prorsus praeterire tibi videatur, longa annorum series vix sufficeret controversiam: an causa ad austregas sit remittenda nec ne? decidendi.

Ex quibus iam infero, in quacunque causa contra eum qui ad Austregas praetereundas vtitur aut potius abutitur *Continentia Causae Germanica*, adeo ut quoslibet personae principali conueniendae subordinatos arripiatur et consociet, semper militare

praesumtionem Austregarum defraudandarum seque meditato consilio tricis inenodabilibus irretiturum, ideoque sibi ipsi celeriori iustitiae obstrepiturum. In regula huiusmodi supplicantem, nisi circumstantiae singulares exceptioni locum darent, semper ad Austregas *legales* esse remittendum ego quidem sentirem; id quod nititur LL. Imp. fundamentalibus:

*I. P. O.* art. 5. §. 56.

*Rec. I. nou.* §. 105.

*Capitul Caef.* art. 18.

*Recess. Visit.* 1713. §. 9.

Quando vero Austregae non essent praeteritiae sed ut lege est definitum requisitae, neque ex parte rei iudices nominati, aut si nominatio et iudicium constituendum fuissent simulata, intra anni et diei spatium lis ad finem non esset perducta, semper absque ulteriori causae disquisitione, contra reum ex capite dene-gatae aut protractae iustitiae Austregalis procedi et causam ipso iure ad summum Imperii iudicium deuolui mihi videretur; hic enim suspicarer latere iustitiae obstaculum cuius remotionem ad summi iudicij partes spectare non dubitatur.

## CAP. XV.

### AVSTREGAE CONVENTIONALES MAGIS OBIA-CENT IVSTITIAE CELERIORI QYAM LEGALES.

In regula conuentionalibus quidem Austregis eundem esse ordinem iudiciarium atque legalibus O. C. definitum nemo est qui dubitet. Notandum vero est, hoc non, nisi conuentionales circa modum procedendi aliud statuant, intelligi; Casu enim quo

quo Austregae conuentionales hac de re quid disponant, iuris publici est notorii, conuentionales Austregas tanquam primarias normas esse obseruandas, ita ut leges Imperii Cameraeque vniuersales de Austraegis disponentes ab illis non nisi in subsidiis sint attendenda, vbi conuentiones et priuilegio nihil determinant, ut a contrario sensu C.O.C.P. 2. tit. 2. sqq. inducit.

III. *Tafingerus* l.c. Sect. III. Tit. 4. §. 482.

quibus concessis auctor Austregas requirens legales, ad conuentionales autem protritus, campum sane immensum ingredi, seque plane pactis familiae interpretationibusque arbitrariis dedere cogeretur, nisi super pactorum aut priuilegiorum interpretatione coram iudicio Imperii praeuiio litigio velit defatigari. Neque solum de ordine procedendi quaestio saepissime occurrit dubia, nec minus vel de ipsa Austregarum conventionalium fines legalium excedente iurisdictione disceptatur.

Omnis fere scriptores Camerales eo collineant, quod cessent Austregae et legales et conuentionales in possessorio et summa-riissimo, in causis violentis, spolii, et in omnibus, quae a Mandatis S.C. incipi possunt, quorum loco omnium sit

III. *Ioa. Phil. Hahn* de eo, quod iustum est in causis spolii et praecipue an in iis obtineant Austregae ad C.O.C.P. 2. tit. 8.

neminem autem vel remotioribus huius materiae notionibus imbutum praeterit, quid

Perill. L.B. de *Cramer* Diff. de Austraegis conventionalibus in causis Mandatorum S.C. non cessantibus. Opusc. Tom. I. Diff. XV.

*Eiusd. Observ.* I.V. Tom. III. obs. 906,

hac

hac de re statuerit, causas quippe Mandatorum S. C. violentiae et spolii cognitioni Austregarum conuentionalium non repugnare.

Probat hanc suam sententiam vir consultissimus exemplo Austregarum Conuentionalium Hassiacarum, quae causas Mandati S. C. et Spolii expresse sibi vindicent, in fine tamen orationis effugiens suspicionem, in quam possit vocari, se contra torrentem decertare, incidit in exceptionem, Hassiacum casum plane esse pro singulari habendum neque inferre doctrinae communi Pragmaticorum praeiudicium.

Sed stante principio causas Mandati S. C. non repugnare Austregis conuentionalibus, modo his causis huius generis patris domus expresse sit prouisum, nulla adest ratio, quare Austregis conuentionalibus Hassiacis afferetur quasi priuatue priuilegium Caussarum Mandati S. C. cognoscendarum, velut exclusum intuitu aliorum statuum Austregis gaudentium conuentionalibus nec minus forte ad causas possessorii extensis.

Rem igitur hac exceptione prorsus decisam non video, quum insuper

*Kemmerichius* Diff. de Austregis S. R. G. I. Comitum, cum primis Wetterauicorum et Suevicorum atque ex Franconicis Hohenloicorum conuentionalibus S. II. §. 6. in not. lit. B. p. 38. & §. 22. inj. not. lit. B. p. 60.

cui et recentiores assentiunt, diserte doceat:

„—adeoque Austregae in causis etiam Mandati S. C. regulariter cessant—nihilominus in his causis etiam Austregae Comitum Conuentionales—locum habeant—licet autem huiusmodi causae litigiosae possessionis ex „Lege

, lege Ordinationis ad Austregas legales haud pertineant,  
 „sed immediate forum Camerac fundent, coram Austre-  
 „gis tamen his conuentionalibus, vi vnionis omnino lo-  
 „cum habent“

ex quo satis clare patet, non tantum Austraegis Hassiacis Con-  
 uentionalibus id proprium quod in causis Mandati S. C. cognos-  
 cant, sed et omnibus vel Comitum Austregis esse commune,  
 quanquam respectu Comitum ea intercedat praecipua differen-  
 tia, quod eorum Austregas legales, quibus tamen in C. O. C.  
 P. 2. tit. 8. cognitio spolii simplicis est permissa, in eo singulari haud  
 casu, vbi Comes a mediato conueniretur in causa Spolii, haud  
 cognoscere posse in praxi sustineatur \*), cuius rei.

Perill. L. B. de Cramer Obs. I. Tom. I. obs. 90. §. 4 et 6.

duo affert praeiudicia notatu digna, mihi quidem domestica,  
 quorum alterum in causa priuati cuiusdam von Röpf nunc dessen  
 Erben contra Domum Schaumburgo-Lippiaco-Bückeburgensem praef-  
 bet Mandatum S. C. in Augustissimo Iudicio Imp. Aulico d. 11.  
 Maii 1744 ob spolium praetensum simplex decretum, \*\*) alterum  
 vero decretum reiectorum in causa von Piderit contra Domum  
*Lippiaco - Detmoldensem* ad supplicam pro mandato de redin-  
 grando possessionem spoliatiue ablatam S. C. formalibus: „wie  
 „gebet“

\*) Si quando mihi contigerit in iudicio pro iuribus Comitum et huic contraria op-  
 nione ex officio pugnare nolim inde contradictionem inferri, quam aliter scribat ad-  
 vocatus, aliter scribat auctor, neque hic de eo quod ego sentiam sed quod in praxi  
 summorum iudiciorum obtineat quaeratur.

\*\*) Mense Aug. 1769 paritoria demum in hac causa oblitio, ut videbatur, prorsus  
 sepulta eminabat, eodem mortis Consiliarii Schaumburgici tempore, cui et patroni  
 Detmoldienses ad obtinenda reliqua manda, de quibus supra iam dixi, callide  
 inserviebant.

gebettet, abgeschlagen", euidente indicio, priuatis actoribus aduersus Comites non opus esse qualificatione causarum spolii ad mandata S. C. ut hoc modo effugiant Austregas actores, sed in omnibus priuatorum causis Spolii contra Comites ad forum deducendis summa Imperii tribunalia in via citationis procedere, adeoque auctorem Piderit intentionem certe suam assequuturum, fuisse, modo supplicam suam pro Mandato S. C. transformauerit in supplicam pro citatione super spolio.

At enim uero Austregae conuentionales plurimorum statuum innumeris aequiuocationibus, experientia teste sunt obnoxiae adeo, ut e. gr. Austregae praetensae Conuentionales Domus Lippiacae communis, proprie et abstrahendo a Schaumburgica sicutiae, ab Augustissimo Imperii Iudicio Aulico expresse iamendum sint reprobatae;

Nullum itaque supereft dubium, Austregas Conuentionales multo magis iustitiae administrandae obesse quam legales, cui accedit, quod iudicio Austregali conuentionali euacuato vel nonnulli ad legales demum resiliere et sic item in sempiternum, quantum sibi liceret, protrahere tendant.

Ex his praemissis ego quidem colligerem, odium Austregarum, si quid meruerint, in dubio semper ad conuentionales esse restringendum, ideo ut si in iudicio adefessent duo actores, quorum quisque *Continentia Causae Germanica* vtens in circum-eunda instantia Austregali versaretur, eumque in finem mediatos consociaret cum suo superiori reo immediato, is qui devitandis Austregis conuentionalibus egerit, melioris conditionis haberetur quam alter qui legales studio praeterierit.

CAP.

## CAP. XVI.

CAPITVLA SVPER CAVSIS ECCLESIAE VNA CVM  
EPISCOPO CEV MEMBRA CVM CAPITE CONVENIRE.  
NON PARIT CONTINENTIAM CAVSSAE GERMANICAM,  
NISI AVT TACITE AVT EXPRESSE PROROGAVERINT  
IVRISDICTIONEM CAPITVLA

**Q**uidquid de cuiuscunque Capituli erga Episcopum habitu dicendum sit, si omnia essent decisā, hoc loco transeat, cum caeteris praecedentibus iam dictis; equidem malim ei tantum quod praxi in summis Imperii Iudiciis maxime respondet.

Capitula mediata esse corpora, si fuerit huius rei dubium, in Excelſissima Camera nouissime eſt probatum intuitu Capituli Bambergensis, in causa quam tradidit memoriae

Perill. L. B. de Cramer Obs. 223.

Abraham Löw contra das Dhom Capitul zu Bamberg, qui supplicabat pro Mandato Arresti S. C. et ad fundandam Iurisdictionem Cameralem allegabat die bekandte Immediatät eines hochwürdigen Dhom Capitul; reiiciebatur enim petitum hoc Decreto ad Principem remissorio d. 10 Decemb. 1756.

„Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern würde sich Supplicantens „Principal bei dem Herrn Fürsten pro administrando iustitiam puncto Arresti gebührend melden, damit aber enthebt werden, sollte ferner ergehen, was Recht ist.“

ex quibus liquet pro patulo, regimen quidem Episcopi siue Collegium Consiliariorum ad causas regiminis constitutum esse immediatum ab eo que direcēt ad summum Imperii Tribunal appellari, a Capitulo autem, ceu Collegio mediato, sin illi sit propria

M 2

quae-

quaedam ditio cum iurisdictione coniuncta, appellations ad Episcopum, et ab hoc demum ad Imperii summa Tribunalia dirigi, quod illustratum est praeiudicio in causa Bamberg, Dom Probst contra Schubert

vid. Obs. Cramerianas l. cit.

Hoc quidem est iuris dum viuit Episcopus; cui adstipulatur

Ill. Frechius l. cit. §. 11. pag. 2.

verbis:

„Wer unsere Deutsche Staatsverfassung nur mittelmässig kennet,  
„dem kan nicht verborgen seyn, daß unsere Dom- und andere Cap-  
„pitulen ihren Erzbischöffen, Bischöffen und anderen Vorgesetz-  
„ten in geist- und weltlichen Dingen unterworfen, mithin keine  
„ohnmittelbare Reichs-Glieder seyen und daß ihnen in den Reichs-  
„Gesetzen keine Austräge zum Guten geordnet worden, folglich  
„nicht den geringsten scheinbaren Anspruch auf das Rechte der Ause-  
„trägen machen können“

Episcopo mortuo et sede Episcopali tunc vacante ex idea sedis  
vacantis et iura sedi inherentia vacare videntur quando ipsa sedes  
vacat; sed iterum missis ratiociniis prouoco ad praeiudicia iisdem

Obs. Cramer Obs. 109 et 1206.

inserta in causa Ingelheim contra Würzburg et Cöllen contra Dom-Cap-  
pitul zu Trier, tota scriptorum Cameralium turba suffulta, cui inter  
recentiores fert suffragium Ill. Pütter Diff. Zu vierleinana Opusc.  
XI. Coroll. VI. formalibus:

„Ius Austregarum iure meritoque negatur Capitulis sede  
„vacante“

nec dum refert ad propositionem a me efferendam, an Capitula  
sede vacante ut statuunt Strykius, de Cocceii, Boebmer et reliqui,  
gau-

gaudeant Austregis nec ne? quum hic non nisi de Austregis vi-  
uente Episcopo Capitulo competentibus quaeratur.

Extendamus fictione casum Bambergensem Dhom Probst contra Schubert supra adductum ad id, quod Schubert non solum Capituli sed simul et Episcopi minister, et ab utroque nim. ab Episcopo et Capitulo ex vna eademque causa fuisset remotus ab utroque officio; tunc causa et Capitulum et Episcopum ex diuersis, cohaerentibus, factis tetigisset neque in Camera reiecta fuisset. Hic est casus, quem semper animo sciungo, quoties consortium litis Episcopi cum Capitulo ut incongruum ad fundandam *Continentiam Causae Germanicam* mihi se offert; huiusque generis casum per illustri viro Cramer ob oculos fuisse persuasum habeo, quando

*Syst. Proc. Imp. S. I. Tit. 5. §. 236.*

verbis:

„ac proin, si cum Episcopo Capitulum principaliter,  
„velut ceu pars contrahens et interessata conuenitur, et si  
„cum Episcopo vnum corpus constituat, quoniam tam  
„per se consideratum corpus mediatum est, in casu talis  
„Litis-consortii, ob *Causae Continentiam* Remissio ad Au-  
„stregas locum non habet,,

Episcopum simul cum Capitulo ex fundamento *Continentiae cau-*  
*sae* praetermissis Austregis conueniri probat; superius enim iam  
clarius est demonstratum, quatenus subditus cum Principe mul-  
to magis Capitulum cum Episcopo queat inire societatem immo  
consortium litis; at hic de Capitulo non tanquam de correlato  
Episcopi sed de corpore mediato ex proprio facto contrahente  
et cum Episcopo societatem ineunte est quaestio; sequitur  
itaque in huiusmodi causis omnino *Continentiam causae Germanicam*  
coincidere et Austregas Episcopi cessare, neque huic obstat,

M 3

quod

quod Capitulum in alio sensu vnum corpus constituat cum Episcopo.

In omnibus vero casibus, vbi Capitulum pro Ecclesia siue patria vnam Episcopo contraxerit, neque semetipsum ut corpus mediatum ab Episcopo disiunctum consideratum neque suas ditiones particulariter simul obligauerit, manet regula ista firmata: *Quod Capitulum cum Episcopo vnum corpus constituat, cuius sit Caput repraesentans Episcopus.*

Vtar iterum casu supra inducto Bambergense, hac vice autem per instantiam, adeo, vt fingam *Schubertum* non fuisse ministerium Capituli sed solum Episcopi. Si *Schubertus* ad praeter-eundas Aulicegas Principis de fundamento Iurisdictionis Cameralis siue Aulicae meditatus esset, credisne rem successisse si vi- sum sibi fuisset, Capitulum simul conuenire et sic ex *Continen-tia cause Germanica* Iurisdictionem fundare, quanquam forte Capitulum vocationi sua ad officium expreſſe ſubſcriperit, aut remotionem ab officio, si ab auctore defuper vt fudet *Schubker-dus* fuerit rogatum, ratihabuerit? Ego quidem valde dubito.

His praemissis iam *Causae Corbeiensi* oculum aduerram. Ecclesia Corbeiensis sententia quadam in Aug. Camera d. 23. Jun. 1767. publicata huius tenoris:

„In Sachen Herrn Philipp Fürsten und Abtten zu Corvey,  
„Klägern eins wider Herrn Wilhelm Anton Fürsten und Bis-  
„choffen zu Paderborn, und dasiges Dom-Capitul Beſlagte an-  
„deren Theils Citationis ad videndum relui oppignora-  
„tam quondam dimideitatem castri, ciuitatis et praefe-  
„cturae Beuerungen, ſequi ad eius reſtitutionem erga  
„receptionem ducentarum triginta Marcarum Argenti  
„puri

„puri Valoris Eimbeckici cum omni causa et expensis  
 „teneri, siveque condemnari, ist altem An: und Vorbringeu  
 „nach zu Recht erkannt, daß Herr Beklagter von der ausgeganz  
 „genen Ladung zu absolviren, und die Sache ad Instantiam  
 „Austregarum zu verweisen seye, als wir hiemit absolviren  
 „und verweisen, die Gerichts-Kosten derentwegen aufgeloffen, aus  
 „bewegenden Ursachen gegeneinander vergleichend.“

se grauatum putat, quod sit ad Austregarum instantiam remissa.

Speciem grauaminis, ut verum fatear, prae se fert haec remissio, quum saltim hoc maneat constantissimum principium, Capitulis nullas esse Austregas, ideoque remissionem ad eas non obtinere, sententia quaestionis autem ita sit composita, ut instantia Austregalis et Episcopo et Capitulo communis inde colligi possit.

Verum enimvero rem acrius intuendo *Ecclesia Corbeiensis* non habet de quo conqueratur. Redeo hic ad propositionem meam, in regula Capitula *Continentia causae Germanica* cum Episcopis in iudiciis Imperii non esse conuenienda, nisi vel tacite vel expresse prorogauerint Iurisdictionem. Auctor deductionis

III. Freib. §. 13. p. 22. et 23. §. 25. p. 55.

ipse concedit, Capitulum Paderbornense causam Episcopo suo omnino resignasse;

Ego quidem non resignationem sed exceptionem non competentis actionis sive nominationem auctoris subintelligerem.

Quid enim clarius omnem in causa reatum et actionis fundamentum in Episcopum nominatum posset transmittere, quam formale illud enunciatum? quod sequitur:

— „ins

— „indem daraus nicht folget, daß ein hochwürdiges Dom-Cas  
 „vitul ein mitcontraheiternder Haupr-Theil seye, wenn ein zeitli-  
 „cher Bischoff mit dessen Vorwissen und Bewilligung Handlun-  
 „gen unternimmt und Verträge errichtet. Und da Hochdasselbe  
 „in nebengehender Anlage . . . ohnehin Thro Hochfürstlichen  
 „Gnaden zu Paderborn, Dero gnädigsten Fürsten und Herrn  
 „unterthänigst gebeten hat, daß Höchstdieselbe die Sache allein  
 „gnädigst zu übernehmen geruhen mögten, vorunter auch ihme  
 „so mehr willfahret worden, als ein zeitlicher Bischoff allein der  
 „legitimus defensor seiner Kirche und deren Gerechtsamen  
 „ist — ”

Quicquid autem sit; ex Capituli declaracione tantum fluit, quan-  
 tum opus est vt ex parte sua contradicetur prorogationi, si ea  
 contra Capitulum ex parte Corbeiense velit argui, constatque  
 firmum, Capitulum Paderbornense neque tacite neque expresse  
 Iurisdictionem *Continentiac causae Germanicae* prorogasse, ideo-  
 que solum Principem reliquise in iudicio, cui, vt soli, Instantia  
 Austregalis non erat praescindenda; \*) neque hanc ob rem quod  
 in sententia verbis: „Ad Instantiam Austregarum” non sit adiecta  
 enunciatiua distinctio „Principis”, qua adiectione omne sane du-  
 bium fuisse remotum, inferenda est Instantia Austregalis et Prin-  
 cipi et Capitulo communis; nam Capitulum quod in Camera  
 se tuerur exceptione non competentis actionis neque eandem  
 actionem in iudicio Austregali competentem agnosceret, etiamsi no-  
 lim ex superioris adductis prorsus negare Capitulo caeteris paribus,  
 quod

\*) Soli Episcopo Ius Austregarum esse nemo est qui hodie dubitet. Quoad Episcopos  
 Westphaliae argumentum omni exceptione maius de Monasterensi praebet *Bluminus*  
*P. C. Tit. XLVII.*, p. 350. verbis:

„Episcopus Monasteriensis in causis non feudalibus beneficio der Anstrag in gra-  
 „tiam subditorum renunciauit,”

is enim Austregis renunciare non potest, qui illas non habet.

quod possit vel in iudicio Austregali prorogare sua sponte iurisdictionem; de quo autem hic supersedere duxerim.

In alia causa Corbeiense contra Archiepiscopatum Colonensem, ex qua Patronus Corbeiensis contra *Paderborn* colligit argumenta pro petito suo Austregas declinatorio, eadē certe sequita esset sententia remisloria, nisi Capitulum Illustrissimum Colonense tacite, ut videtur, Iurisdictionem Aug. Cameræ ex fundamento *Continentiae Causae* prorogasset; ipsa enim taciturnitas, quia Capitulum forte sibi consulere et causam in personam Archiepiscopi solitarie deferre intenderat,

vid. Ded. *Frechianam* §. 26 p. 57.

e contrario consensu taciti loco in prorogandam Excels. Cameræ Iurisdictionem accipiebatur, credo, in iudicio.

Quod attinet ad clausulam Decreti Cameralis d. 1. Febr. 1765, in illa causa Colonense adiectam

„besonders in Ansehung des ex proprio facto et contractu „principaliter mitverflagten Dom Capituls zu Köln“

Instrumento obligatorio de 1503. in quo Capituli ne vlla quidem mentio est facta, multo minus subscriptio aut accessio ad contractum contenta, istam clausulam niti non intelligo; sed posteaquam Ecclesia Corbeiensis expresse contra Capitulum Colonensem principaliter egisset *afferendo* eius factum proprium et contractum; *assertum* stetit verum, donec pars aduersa i. e. Capitulum Colonense eius probationem poposcerit.

Enimvero pars aduersa, ni fallor, hanc probationem haud poposcit, neque litem contestata est.

N

At

## t LL. Imp. cumprimis

R. I. 1570. §. Demnach sezen 89.

R. I. 1594. §. Sezen demnach 63.

R. I. N. §. 37.

Reo terminum primum eumque peremptorium et paeclusuum ad litem in Camera contestandam paefigunt; sequitur a Capitulo paecluso tacite esse litem affirmatiue contestatam, simulque *affectum Corbeiense correatus principalis ex proprio facto et contractu* agnatum et confessatum, quod in effectu nihil aliud quam prorogationem iurisdictionis tacitam inuoluit.

Quid multa? Casus Coloniensis propriis suis circumstan-  
tiis nititur; quae ad Paderbornensem non sunt applicandae, ne-  
que mihi sumere, veras reiectorii Decreti rationes et omnem  
causae ab amplissimis in Camera iudicibus exploratum conspe-  
ctum reuocare ad calculos, quarum rationum vi vnitate perduci  
Capitulum aut absque paeuio proclamate, aut mediante litis  
contestatoria de 23. Dec. 1757. paecluserint iudices, aut ex  
quibuscumque aliis causis eo condemnauerint, ut tanquam  
corpus quidem separatum, tamen cum Archiepiscopo tacite  
constituens societatem ciuilem, semper sequi forum Archiepisco-  
pi forte in omnibus causis debeat.

Quibus positis obseruantiae summorum Imperii Iudicio-  
rum Capitulis cathedralibus ius Austregarum neganti Decretum  
illud Camerale ad Austregas remissorium nullo pacto derogare  
arbitror; neque Capitulum Paderbornense sed solum Principem  
ad Austregas remisum esse mihi videtur; statque propositio  
mea probata, Capitula in causis ecclesiae nisi ditiones suas aut  
coniunctas singulorum membrum fortunas obligauerint, nun-

quam vna cum Episcopo in prima instantia simul esse conuenienda.

Quoniam autem hac persecutione iudiciale simultanea Capitulo praecideretur beneficium suum primae instantiae, ab eius beneplacito utique pendet, hoc beneficio uti aut ei renunciare.

Sin itaque Capitulum sua sponte iudicii summi iurisdictionem aut *expresse* seu instantiam primam prorogauerit, aut saltim *sua culpa*, quando nimis actor (quum circa iura partium cuique sit integrum prout sapiat in rem suam alterius partis iura adorienda experiri;) sibi duceret, primam Capituli instantiam circumire, neque Capitulum sat prouide huiusmodi periculum effugeret, ideoque *tacite* litem, pro affirmatiue a se contestata accipi fineret; non est dubium Capitulo cum Episcopo vel in causa, vbi vnum corpus cum Episcopo Capitulum repraesentante constituat, adeoque nominatum conueniendum proprie non esset, simul esse standum in eodem iudicio.

Ex quo porro a contrario quidem sensu prono fluit alio, in hac quaestione mera partium iura tangente non posse iudicem nisi ad mentem partium aut *expresse* declaratam aut secundum Leges Iudicij interpretandam procedere, propterea neque demere ei beneficium primae Instantiae, qui cunque id sibi saluum declaret, neque ei, qui hanc saluationem aut studio aut culpa praetermittat, neque fori declinatoria exceptione se tueatur, beneficium suum iam derelictum obtrudere; notorium enim est, Augustissima tribunalia nunquam ex officio sed potentibus et supplicantibus partibus

N 2

pro-

procedere, ut statutum est

O. C. 1495. §. 4.

O. C. 1555. P. 3. tit. 12. §. 1.

O. C. C. P. 3. tit. 12. pr.

fique ex officio non posse decernere, licet illis sit locus,  
Processus Austregales, nisi pro Decreto Austregas remisso-  
rio expresse petitum fuerit.



ERRATA

## ERRATA

quae L. B. emendatione digna viderentur.

- P. 7, lin. 13, aduocati lege: *aduocatos*  
P. 10, notae lin. 20, lege: *felicitatis*  
P. 12, lin. 19, lege: non *ita* pruilegiatas  
P. 24, lin. 28, dele: *eam*  
P. 29, l. 25, lege: *causae requisito* careat  
P. 44, l. penult, dele: *est*  
P. 46, lin. antepen, fore lege: *forte*  
P. 48, l. penult, constitui lege: *constituti*  
P. 56, l. 20, del: *admodum*, surroga: *magis*  
P. 57, l. 22, lege: *diuiforio*  
P. 67, lin. 3, lege: *introducas*  
- - l. 26, lege: *supposito*  
P. 73, l. 10, lege: *iudicii*  
- - l. 16, dele: *quin et actor*  
- - l. 17, lege: *reus quin et actor*  
P. 75, l. 8, dele: *in-*  
P. 77, l. 14, lege: *sub libro*  
P. 85, l. 19, dele: *mensis*, surroga: *anni*  
P. 91, l. 9, verbo: *tantum*, add<sup>e</sup> *inbaerere*  
P. 95, l. 8, lege: *grauaram*

АТАЯЯ

Wm. Smith and A. J. Smith

145





No 2594

ULB Halle  
005 713 412

3



VD 18





